This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

ARCH LIBRARIES
07439568 6

Litterarische Analekten,

herausgegeben

von

Fried. Aug. Wolf.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK.

III.

Nebst einer Kupfertafel.

Berlin,

bei G. C. Nauck, 1818.

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA

Inhalt des zweiten Bandes.

III.

Seite

I. De anacoluthis apud Ciceronem. Scr. Aug. Matthiae. . . . 1 — 25.

II. Coniecturae de locis nonnullis Achillis Tatii, Xenophontis Ephesii, Callistrati, aliorum. Scr. Fr. Jacobs. 26 — 46.

III. De substantivis in ας exeuntibus. Scr. C. A. Lobeck. . . . 47 — 62.

IV. Miscella critica in aliquot loca scriptorum Graecorum. Auctt. E. H. Barker, God. Hermannus, I. Fr. Boissonade, I. N. Niclas, Editor. 63 — 98.

V. De theatri Graeci parascenii et hyposceniis, in Pollucis Onom. IV, 19. Scr. I. E. Groddeck. 99 — 136.

Seite

VI. *Anfang der Odyssee, mit Anmerkk. des Herausg.* . . . 137—166.

VII. *Die neu aufgefundenen Aeginetischen Bildwerke. Von A. Hirt.* 167—204.

VIII. *Explication du sistème métrique de Héron et détermination de ses rapports avec les autres mesures de longeur des anciens, par le Cte de Fortia d'Urban.* . . 205—226.

IX. *Diogenes Laertius und der Engländer Burley. Von I. G. Schneider.* 227—255.

X. *Thomae Reinesii Eponymologicum. Scr. C. G. Müller.* . . . . 256—262.

XI. *Notitia codicum MSS. Venetorum Hesiodi, qua Trincavellianae edit. fontes ostenduntur. Scr. Iac. Morellius.* . . . . . 263—269.

Add. Auctarium B. Kordes. 270—274.

XII. *Ph. Melanthonis vitae M. Lutheri eiusdemque in eundem Orationis funebris editt. recensus. Scr. B. Kordes.* . . . . . 275—278.

XIII. *Supplementa litteraria. Auct. E. H. Barker, Ed. et Boissonade.* 279—283.

Seite

XIV. Die einzige Porson'sche Ausgabe des Aeschylus in kl. 8. V. d. Herausg. 284 — 289.

XV. Casaubŏnus oder Casaubōnus? V. Dems. 290 — 293.

XVI. Ehrenbezeigung Ludwigs XIV. an Thom. Reinesius. Von C. G. Müller. 294 — 299.

XVII. Les Grecs d'aujourd'hui. Extrait d'une Lettre de M. Coray. 300 — 302.

XVIII. Etwas Griechisch von Chr. Thomasius. V. d. Herausg. 303 — 304.

XIX. Die bekannte Caesura podica. V. Dems. 305.

IV.

Seite

I. Über die Einrichtung eines Thesaurus der Lateinischen Sprache. Von G. D. Köler. 307 — 369.

II. Biographische Nachrichten von Jer. Markland. V. d. Herausg. 370 — 391.

III. Über den Prologus der Danae. Von F. 392 — 410.

IV. Über die philosophische Lehre des Empedokles. Von H. Ritter. 411 — 460.

V. Über die Windscheiben der Alten. Von H. C. Genelli. 461 — 500.

		Seite
VI.	*Perperam omissa interpunctio in Odyss. A. 130. Scr. Editor.*	501—509.
VII.	*Ad locum Herodoti I, 1. Scr. Idem.*	510—514.
VIII.	*De Ruhnkenii quodam reperto litterario. Scr. Idem.*	515—526.
IX.	*De nonnullis fabularum Euripidis deperditarum titulis. Epist. Fr. Osanni.*	527—541.
X.	*De vocibus quibusdam Graecis rarioribus. Scr. E. H. Barker.*	542—546.
XI.	*Laudānum, non Laudānum. Scr. I. Fr. Boissonade.*	547—548.
XII.	*Über Th. Tyrwhitt. V. d. H.*	549—552.
XIII.	*Über Henry Homer. V. Dems.*	553—557.
XIV.	*Die Nachtfeier der Venus, übersetzt v. C. Kirchner.*	558—565.
XV.	*Noch etwas zu Hor. Carm. I, 1. Von Verschiedenen.*	566—571.
XVI.	*Alte und neue Lyrik. Von Martyni-Laguna.*	572—580.

Zu verbeſsern:

S. 551, Z. 4. der Anmerk. ἔνατα.

I.

De anacoluthis apud Ciceronem. [1]

Optimos utriusque linguae auctores saepe legitimum constructionis ordinem relinquere, a multis notatum est, imprimis ab Ernestio in prolus. de grata negligentia orationis. Ad illud vero genus [2] maxime pertinent *ἀνακόλουθα*, quae vocant, seu eae enuntiationum conformationes, in quibus non id sequitur, quod instituta oratio posce-

---

[1] Haec eadem est Dissertatio, de qua Vol. I. p. 252 ex incerta auditione obiter mentio iniecta erat. Auctori gratiam habebunt plures lectorum, quibus illam nondum inspicere licuerat, quod Analectis nostris emendatiorem tradere voluit, i. e. partim breviatam, partim amplificatam et auctam, optabuntque nobiscum, ut ei placeat aliquando animum ad Graecos fontes referre, unde appareat, quid Plato et nonnulli alii scriptores prosarii sibi in eodem genere permiserint. *ED.*

[2] i. e. ad consuetudinem legitimum constructionis ordinem mutandi, non ut Gernhardus Excurs. ad Cic. de Off.). 445. accepit, ad gratam negligentiam; quamquam *negligentiam* vocare licet eam, quae legitimum ordinem servare non curat, *gratam* vero eandem seu potius iucundam, quia severioribus sermonis legibus soluta quotidianae consuetudinis speciem praebet.

bat, sed sententiae series abrumpitur, et aliud sequitur, ut re et sensu idem, ita verbis et constructione diversum. Eorum vero anacoluthorum usus etsi in omnibus Ciceronis libris reperitur, tamen non in omnibus aeque creber est, multoque eum saepius in philosophicis eius, in quibus formam etiam orationis Graecorum, praecipue Platonis, sequutus est, quam in orationibus, epistolis, rhetoricis deprehendas.

Et simplicissima quidem ratio ea est, quum, ubi duo membra sibi invicem respondere debebant, priore nonnullis adiectis uberius explanato, alterum supprimitur, ita tamen, ut sententia secundi membri nonnumquam post longum intervallum aliis verbis exponatur. Sic post *Primum* nonnumquam non sequitur *Deinde*, de quo genere et nos quaedam monuimus ad libr. de Fin. I, 6, 17 (vid. Misc. philol. II, 1. p. 98) et nuper Goerenz. ad Cic. de Leg. p. 241. Similiter *aut* semel positum est pro Cluent. 45 extr. Aut illud afferant, quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris comperisse. [3] Nam illud quidem

3 Nota *comperisse*, omisso pronomine, pro *se comp.* Neque enim audiendus Weiske, qui ad Cic. Epp. IV, 13 (Auswahl der besten Ciceron. Br. p. 159.) Graecismum illum omissi ante infinitivum accus. pronominis non additum esse a Cicerone dicit; cuius iudicium, ut aliis locis, ita hic parum recte sequutus esse videtur Martyni-Laguna. *Se* omissum ante infinit. pro Sull. 23, 65. Planc. 25, 62. Vatin. 16, 38. Muren. 3, 7. Verr. IV, 4, 8. Or. 12, 38. Fin.

minime probandum est, ad notationes auctoritatemque censoriam exemplum illos a consuetudine transtulisse. ubi dicendum erat, aut illud afferant, — comperisse, aut — se transtulisse. Sed alterum membrum ita omisit, ut tamen e refutatione adiecta intelligatur. Cf. Orat. 69 ubi v. Ern. Magis etiam latet alterum membrum priori relatum Orat. 11 extr. reliquarum rerum formam, quae absunt a forensi contentione, eiusque totius generis, quod Graece ἐπιδεικτικὸν nominatur, non complectar hoc tempore, non quo neligenda sit: — est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus etc. Tum multa addit de orationis formis et quasi figuris, in genere illo ἐπιδεικτικῷ usitatis, ut intelligatur, quomodo illa nutrix summi oratoris dici possit. Denique c. 13, 42 sequitur: Sed quod educata huius (generis) nutrimentis eloquentia ipsa se postea colorat et roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Verum haec ludorum atque pompae; nos autem iam in aciem dimicationemque descendamus. [4] ut intel-

IV, 19, 55. Leg. III, 19, 43. ubi nollem Goerenz. de suo addidisset *se*. *Te* omittitur Verr. II, 33, 81. Vatin. 1, 3. 13, 32. Epist. III, 8. Cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 41. sq.

4 Saepius post *non quo* omittitur *sed*, v. c. Or. III, 24. *non quo aeni ingenia adolescentium nollem; sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.* Brut. 21,

ligatur, Ciceronem ita dicere instituisse c. 11. — non complectar hoc tempore, non quo negligenda sit, sed quod nobis iam in aciem dimicationemque descendendum est. Imprimis particula *et* ita ponitur, ut alterum *et* omittatur, quibus locis cave *et* pro *etiam* accipias. Verissima enim est Laur. Vallae observatio, *et* in media oratione [5] a Cicerone

---

83; Tusc. Qu. II, 26 extr. III, 22, extr. Similiter Verr. IV, 22, 48 *non modo oppidum nullum; domus nulla paullo locupletior expers huius iniuriae reperietur*, pro *sed ne domus quidem ulla*. Alterum multo efficacius esse recte ibi monet Ernesti, ceterum in eo falsus, quod, si scriptum esset, *sed ne domus quidem ulla*, etiam *oppidum ullum* esse deberet e consuetudine Ciceroniana. Nam quod VV. DD. de omissione particulae *non* post *non modo*, si sequatur *sed ne quidem*, observarunt, id hanc tantum vim habet, ut posse illud *non* omitti et saepe omitti intelligatur, non ut omitti necesse sit. *Non modo non, — sed ne quidem* plene legitur Inv. I, 29, 45. II, 28. Or. I, 53, 229. II, 72, 294. III, 32 extr. Or. 2, 5. Quint. 31, 96. Divin. 4, 16. Verr. II, 1, 25, 64. 2, 29, 71. 46, 115. 49, 120. 121. III, 48, 115. 95, 225. V, 18, 46. L. Man. 13, 39. Mur. 3, 8. 17, 36. Sull. 5, 16. 8, 25. 18, 50. Lig. 2, 4 etc. Ceterum pro *non quo* reperitur etiam *non quia* Fin. IV, 23, 62, *non quod* Or. I, 6, 23. Tusc. Qu. II, 23, 56. Agr. II, 1, 1, *non eo quod* Fin. II, 8, 24, *non ideo quod* Agr. III, 2, 4, ut intelligatur, loquutionem istam e Graecorum consuetudine ductam esse, qui coniunctiones post pronomina demonstrativa, ut his melius respondeant, in pronomina relativa, eorumque casum eum, quo demonstrativum praecessit, mutare solent. vid. Gramm. nostram §. 479 — 481.

5 Ab initio enim sententiae frequens est *et*, pro quo nostra consuetudo *etiam* postulat. In orat. pro Sulla 19, 54. e

pro *etiam* non usurpari; nam omnibus fere locis, ubi in nostris adhuc editionibus *et* pro *etiam* legitur, Codd. alii illud vel omittunt, vel *etiam*, vel aliud quid habent. Sed *et* semel positum recte se habet pro L. Manil. 7, 15. Nam et publicani, homines et honestissimi et ornatissimi, suas rationes et copias in illam provinciam contulerunt: quorum ipsorum res et fortunae curae vobis esse debent, (etenim *si* vectigalia nervos esse reipublicae semper duximus, eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus,) deinde ceteris ex ordinibus homines gnavi et industrii partim ipsi in Asia negotiantur etc. pro Nam et publicani suas rat. et c. in eam provinc. contulerunt, et ceteris ex ordinibus etc. Locus Brut. 42, 156 interpunctione laborat etiam in Schütii editione, sic distinguendus: Tum Brutus, Ita prorsus, inquit, et antea putabam, (audivi enim nuper eum studiose et frequenter Sami, quum ex eo ius nostrum pontificium vellem cognoscere,) et nunc meum iudicium multo magis confirmo testimonio et iudicio tuo. Orat. 57, 192. Sed et illi priores errant, et Ephorus in culpa est:

---

codd. Memm. Franc. Dresd. al. vestigiis cum Lambino legas. *Utinam quidem haec ipsa non modo iniquorum invidiae, sed aequorum exspectationi satisfacere posset.* ubi vulgo *sed et aequorum.*

nam et qui paeona praetereunt, non vident mollissimum a sese numerum eundemque amplissimum praeteriri. Tum Aristotelis sententiam huic contrariam affert usque ad haec verba §. 194. Paeon autem minime est aptus ad versum; quo libentius eum recepit oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intelligit esse aequalem dactylo, quem probat. ubi appareret, dicere voluisse Ciceronem: nam et qui paeona praetereunt, non vident — praeteriri, et Ephorus ne spondeum quidem etc. Ita etiam Or. 19, 62 sic videtur continuare orationem voluisse Cicero: Quamquam enim et philosophi quidam ornate loquuti sunt, et sophistae et historici, tamen etc. sed primum tantum posuit. Quamquam enim et philosophi quidam ornate loquuti sunt, post quae, interpellato constructionis ordine verbis *si quidem et Theophr.* — *Plato*, statim sequitur, tamen horum oratio neque nervos neque aculeos oratorios ac forenses habet. Tum §. 65 Sophistarum magis distinguenda similitudo videtur, et c. 20 huic generi historia finitima est etc.

In his locis hoc plerumque factum videmus ut pars enuntiationis ea, quae priori parti respondere debuerat, ad ea verba referretur, quae priori parti explicandi et explanandi causa adiecta erant utque parenthesis quodam modo continuaretur. Sic alibi etiam ex interiectis verbis nectitur, quod cum

sententia primaria coniungendum erat, ut pro Plancio 10 pr. Aliquid praeterea; timide dico, sed tamen dicendum est: non enim opibus, non invidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficii, sed misericordia, sed precibus aliquid attulimus etiam nos. Ubi pro Aliquid praeterea (timide dico, sed tamen dicendum est) non opibus — sed precibus attulimus etiam nos, initium periodi imperfectum reliquit, et quae ad eam explendam referri debebant, ad verba in parenthesi posita dicendum est, tamquam causam horum, retulit, repetito etiam pronom. aliquid. De orat. II, 46, 192. Et ne hoc in causis, in iudiciis, in amicorum periculis, in concursu hominum, in civitate, in foro accidere miremur, quum agitur non solum ingenii nostri existimatio — nam id esset levius: quamquam, quum professus sis, te id posse facere, quod pauci, ne id quidem negligendum est; sed alia sunt maiora multo, fides, officium, diligentia, quibus rebus adducti etc. pro Quum agitur non solum ingenii nostri existimatio, sed etiam fides, officium, diligentia. [6]

---

[6] Similiter Orat. I, 62, 264: Verum ego non solum arbitrabar — a me informari oportere, qualis esse posset is, qui habitaret in subselliis — sed maius quiddam videbam, ubi sequi debebat, sed etiam *qualis esse deberet*. Schützius tamen e coni. edidit: *verum ego non talem arbitrabar*.

Ibid. I, 29, 133. Nunc enim te iam exoremus necesse est, quoniam retines nos in hoc studio, nec ad aliam dimittis artem, ut nobis explices, — quidquid est istud, quod tu in dicendo potes; neque enim sumus nimis avidi: ista tua mediocri eloquentia contenti sumus, idque ex te quaerimus, (ut ne plus nos assequamur, quam quantulum tu in dicendo assequutus es) quoniam, quae a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis, quid praeterea esse assumendum putes. ubi non iungenda sunt, ut nobis explices, quidquid est illud, sed ut nobis explices, quid praeterea esse assumendum putes, et sensus priorum verborum repetitur verbis idque ex te quaerimus, ita tamen, ut his verba interposita continuentur. [7] Nat. D. II, 9. pr. Sed quo-

---

[7] Ibidem notandum etiam hoc, eandem rem hic, verbis tantum mutatis, dici, *quoniam retines nos in hoc studio, nec ad aliam dimittis artem* et *quoniam, quae a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis*, de quo pleonasmo monuimus nonnulla ad libr. de Fin. III, 2, 14 et in Gramm. Graeca mai. §. 613. Similiter de nat. d. II, 6, 17 *ut* ob eam ipsam causam, quod etiam quibusdam regionibus atque urbibus contingere videmus, hebetiora ut sint hominum ingenia propter coeli pleniorem naturam, hoc idem generi humano evenerit, quod in terra, hoc est, in crassissima regione mundi collocati sint. ubi ultima verba quod in terra — sint omitti poterant. Cf. ibid. I, 17, 44.

niam coepi secus agere, atque initio dixeram: negaram enim hanc primam partem egere oratione, quod esset omnibus perspicuum, deos esse: tamen id ipsum rationibus physicis confirmare volo. ubi *tamen* spectare non potest ad protasin, quoniam — dixeram, sed ad interpositam sententiam referendum est, ac si dixisset, tamen quamquam negaram etc. Off. I, 7, 22. Sed quoniam, ut placet *Stoicis*, quae interris gignuntur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, pro Sed quoniam, ut placet Stoicis, quae — omnia creantur, homines autem sunt generati, plane ut Herod. IV, 5. *ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον*, pro *ἐστί*, quem locum cum aliis nonnullis attuli in Gramm. Graeca mai. §. 538. 2. min. §. 632. De orat. III. 1, 3. Hic, ut saepe inter homines sapientissimos constare vidi, quamquam hoc Crasso, quum aliquid accuratius dixisset, semper fere contigisset, ut numquam dixisse melius putaretur, tamen omnium consensu sic esse tum iudicatum etc. pro sic est tum iudicatum: sed haec ex enuntiatione secundaria, ut constare vidi suspendit. *Audivi* post *iudicatum* addit edit. vet. quaedam, quod sequentes receperunt, codicibus, etiam Guelpherbb., refragantibus. Sic defendendus etiam videri possit locus in Bruto 31, 121. Iovem, sicut aiunt philosophi, si Graece loqueretur, sic lo-

qui, (in quo Rivius, post eumque reliqui editores *sicut* deleverunt,) nisi constructionis accusativi cum infin. iam ante parenthesin inchoatae exemplum e Cicerone desiderarem: nam quod ex Aeschyli Pers. 563. *τυτθά γ' ἐκφυγεῖν ἄναχτ' αὐτόν, ὡς ἀκούομεν* pro *ἐξέφυγεν ἄναξ αὐτός, ὡς ἀκ.* protulit Erfurdtius ad Soph. Antig. 736 ed. min., haec constructio et apud Graecos ipsos rarissima est, nec Ciceronem ea usum esse affirmare ausim, nisi eam in allo etiam loco deprehenderim. Simili ratione *ut* nonnumquam ponitur, ad sententiam intermediam relatum. Epist. ad Fam. V, 2. Addam illud etiam, quod iam ego curare non debui, sed tamen fieri non moleste tuli, atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adiuvi, ut senatus consulto meus inimicus, quia tuus frater erat, sublevaretur, pro Addam illud etiam, quod S. C. meus inimicus sublevatus est, sed respexit ad verba, quod fieri non moleste tuli atque adiuvi. Ibid. II, 4: Epistolarum genera multa esse non ignoras, sed unum illud certissimum, cuius causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus absentes pro quo c. facimus absentes, quasi haec esset primaria sententia, epistolae inventae sunt, ut certiores fac. abs. Verr. II, 65, 158. De quo homine hoc auditum est unquam, quod tibi accidit, ut eius in provincia statuae deiicerentur pro eius statuas deiectas esse, propter accidit. Catil. III, 9, 21. Illud vero nonne ita praesens

est, ut nutu Iovis Opt. Max. factum esse videatur, ut eo ipso tempore signum statueretur? pro illud vero nonne ita pr. est, quod eo ipso t. e. statutum est. Tusc. I, 36, 88. *Hoc premendum etiam atque etiam est argumentum, confirmato illo, de quo, si mortales animi sunt, dubitare non possumus, quin tantus interitus in morte sit, ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur; hoc igitur probe stabilito et fixo* etc. ubi verba, *quin tantus inter. in m. sit*, pendent e proximis *dubitare non possumus*, quum ad superiora, *confirmato illo*, referri ea oporteret, et accus. c. inf. poni. *tantum interitum in m. esse.* Quid? quod numerus etiam verbi ad nomen in enuntiatione secundaria positum refertur Brut. 27, 105. Hunc qui audierant prudentes homines, in quibus familiaris noster L. Gellius, qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat, canorum oratorem et volubilem — fuisse dicebat: addebat industrium etiam etc. pro dicebant, addebant prudentes illi homines. Nec alia causa esse videtur, cur scriptores, quando orationem parenthesi interceptam restituunt, particulis igitur, sed, autem, vero, utuntur, nisi quod ad ea respiciunt, quae proxime praecesserant. Constructio e sententia interposita nexa est etiam Brut. 59, 214. *Quamquam id quidem fuit etiam in aliis, et magnis quidem oratoribus, quos parum his instructos artibus vidimus, ut Sulpicium, ut Antonium*, pro *ut Sulpicio, — Antonio.* Phil. IV, 4, 9. *Quis igitur illum consu-*

Uni, nisi latrones putant? pro *Quis — putat.* Sic nonnunquam genus participii vel adiectivi ad nomen proxime praecedens, non ad id, quo oportebat, refertur, ut Brut. 75, 262. *omni ornatu orationis tamquam veste detracta,* pro *ornatu detracto,* quod ita ferri non posse putabat Ernesti, ut, ne monito quidem lectore, *detracto* ederet. Nihil tamen eum offendit locus de Off. I, 23, 80. *Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax, quaesita videatur,* nec alius pro L. Manil. 5. pr. *Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, exstinctum esse voluerunt* pro *exstinctam.* Vid. Io. Mich. Heusingeri spicilegium emendationum et observationum ad Corn. Nepotis vitas XVIII priores (Isen. 1744. 4.) ad Themist c. 5. Similis ἀνελπιστοις est, quando casus substantivi non ad illud verbum vel nomen, quo proprie pertinet, sed ad sententiam intermediam a pronom. relativo pendentem relatus est. Leg. I, 17, 48. *animis omnes tenduntur insidiae vel ab iis, quos modo enumeravi, qui teneros et rudes quum acceperunt, inficiunt et flectunt, ut volunt, vel ab ea, quae penitus in omni sensu implicata insidet, imitatrix boni voluptas* pro *ab ea imitatrice boni voluptate.* Vid. Goer. ad Leg. III, 5, 12.

Atque haud scio, an eodem modo explicandus sit locus Off. I, 9, 28, in quo quantum desudarint interpretes, videre licet in Heusingerorum notis p. 71. seq. o. p. *Nam alterum iustitiae genus assequuntur, in inferenda ne cui noceant iniuria, in alterum incidunt; discendi enim studio impediti, quos tueri*

debent, [8] *deserunt*. Ibi *in alterum incidunt* non potest esse in alterum iustitiae genus, sed iniusti-

8 Pro *debent* Guelph. sec. *debeant*, quod minime spernendum est. Sic init. cap. *suis studiis occupationibusque sic impediuntur, ut eos, quos tutari* debeant, *desertos esse patiantur*. At ibi Heusing cum Gesnero malit *debebant*. Vix opus. Nonnumquam enim coniunctivi post *qui* haec vis est, parum adhuc observata, ut oppositionem quandam ad praecedentia significet, ubi nos *der doch*. Or. I, 18, 82. *Ego, qui sero ac leviter Graecas litteras* attigissem, tamen — *complures ibi sum dies commoratus*. cf. ib. 32, 145. Divin. in Caec. 13. in. *Ego, qui in foro iudiciisque ita* verser, *ut eiusdem aetatis aut nemo aut pauci plures causas defenderint, — tamen non solum commoveor animo*. Off. III, 33, 10. *nam qui potest temperantiam laudare is, qui ponat summum bonum in voluptate?* et sic saxcentis locis, ubi in τῷ qui inest sensus τοῦ quamvis, etsi pro relativo *quamvis* poni non possit. Male igitur Ernesti ad Verr. IV, 2, 3. *nam ipsa Messana, quae situ, moenibus portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sane vacua atque nuda est*, annotavit: Hoc rectum esse non potest: nempe *quae* est vitiosum, legendumque *quum* aut *quamvis*. Quasi vero et huius et alterius particulae vis non in pron. *qui* insit. Nam aliis locis *qui* cum coni. causam indicat, ita tamen ut *quum* pro eo ponere non possis: Or. I, 4, 14. *At primo quidem totius rationis ignari, qui neque exercitationis ullam viam, neque aliquod praeceptum artis esse arbitrarentur, tantum, quantum ingenio et cogitatione poterant, consequebantur*. Off. I, 2, 6. *nulla officii praecepta tradi possunt, nisi aut ab iis, qui solam, aut ab his, qui maxime honestatem propter se* dicant *expetendam*. Ad locum de Or. I, 38, 175. *quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia iuris* audet *accedere*, Ernesti, An *qui audeat?* inquit: *sensus meus Latinitatis hoc*

tine, quamvis antea de iustitia tantum sermo fuerit. Nimirum quum alterum iustitiae genus memorasset, *in inferenda ne cui noceas iniuria*, simul oppositam cogitat; quae in inferenda iniuria posita est, (v. 7, 23) et ad hanc sequentia retulit, *in alterum* iniustitiae genus *incidunt*. Quod Ernesti in Cl. et Heusing. not. p. *incidunt* explicant *violant*, vix crediderim, hunc sensum umquam in verbo *incidere* inesse; in eorum certe locorum, quos utrique affert, nullo habet. Sed ut ibi pro eo, quod dictum erat, contrarium eius mente et cogitatione substituitur, ad idque constructio sequentium refertur, sic in his: Fin. II, 21, 68. *alteri negant, quidquam esse bonum, nisi quod honestum sit; alteri plurimum ee et longe longeque plurimum tribuere honestati*, non *negant*, sed *aiunt, dicunt*; quod e Graeco fonte ductum illustravit Heind. ad Plat. Gorg. §. 29. et alii, quos laudavi ad Gramm. Gr. mai. p. 767. not. r. Cf. Heusing. ad Offic. p. 562. a. Similiter de Offic. II, 24. init. *Quamobrem ne sit hoc alienum, quod reipublicae noceat, providendum sit; quod multis rationibus caveri potest; non,*

---

desiderat. Quem sensum utinam in animo explicasset et ad certam rationem revocasset! tunc non temere mutasset locum pro Rosc. Am. I, 4. *a me autem ii contenderunt, qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate plurimum possunt, quorum ego neque benivolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aspernari, nec voluntatem negligere* debeam. ubi priora *qui - possunt* descriptionem tantum continent eorum hominum, ultima, *quorum — debeam* causam indicant, cur defensionem Roscii recipiendam putaverit.

si fuerit, (id agendum) *ut locupletes suum perdant* etc.

Ad idem genus orationis e sententia intermedia nexae refero locum de nat. d. II, 37, 94. *Isti autem quemadmodum asseverant, ex corpusculis — concurrentibus temere atque casu mundum esse perfectum, vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire*, — sequi debebat; sic non video, cur non iidem concursu atomorum porticum, templum, domum, urbem effici dicant posse. Sed nova sententia sequitur: *quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest?* Non satisfacit in h. l. explicando Heindorfii nec magis in eo, qui statim sequitur §. 95. in quo verbis *quae quum viderent*, repetuntur ea, quae praecesserant, *quum repente terram et maria coelumque vidissent* etc.

Nonnumquam etiam ea, quae iam dicta sunt, aliis verbis repetuntur, vel ita ut verborum ordo non mutetur, ut Agr. II, 15. extr. Quid (quod disputari contra nullo pacto potest, quoniam statutum a vobis est et iudicatum) quam hereditatem iam trevimus, regnum Bithyniae, quod certe publicum est populi Romani factum? numquid causae est, quin omnes agros, urbes, stativa, portus, totam denique Bithyniam decemviri venditurí sint? in quo satis frequens orationis forma multis adiectis paene obliterata et obruta est. Haec enim erat simplex sententia: Quid regnum

Bithyniae? numquid causae est, quin illud decemviri venditurі sint? Quod antea erat regnum Bithyniae, id postea per μερισμὸν repetiit, agros, urbes, stativa, portus, totam denique Bithyniam. Sic substantivum praecedens repetitur pronomine. Phil. II, 42. extr. *Signa, tabulas, quas populo Caesar una cum hortis legavit*, eas *hic partim in hortos Pompeii deportavit* etc. Tusc. Qu. III, 29, 71. *Itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiacis morte consolatus esset, is, quum audisset de sua, fractus est.* Cf. N. D. I, 22, 61. II, 49, 125. Verr. III, 58, 134. IV, 30. pr. Phil. II, 39, 101. De opt. gen. or. 6. Sic *is, ille, hic* post parenthesin denuo infertur, quamvis *hic* vel aliud pron. eius generis praecesserat. Inv. I, 31, 52. *factum est, ut etiam* illud, *quod dubium videbatur, si quis separatim quaereret*, id *pro certo propter rationem rogandi concederetur.* Cluent. 6, 17. *non essem ad ullam causam idoneus, si* hoc, *quod in communibus hominum sensibus atque in ipsa natura positum atque infixum est*, id *ego non viderem.* Cf. Verr. IV, 58, 130. Phil. III, 7, 3. *Faciundum est igitur nobis, P. C. ut* ea, *quae sua sponte clarissimus adolescens atque omnium praestantissimus gessit et gerit*, haec *auctoritate vestra comprobentur.* Or. I, 37, 169. *quam* eum, *qui hanc personam susceperit, ut excitet*, hunc *in minimis tenuissimisque rebus ita labi* etc. Cf. II, 28. extr. Off. III, 3, 13. Manut. ad Cic. ep. ad Fam. III, 28. Interpp. ad Liv. XXV, 27. Ruhnk. ad Ter. Eun. V, 4, 6.

Ita-

Itaque temere locum de Orat. I, 23, 109. sic mutavit Schützius: *Sin autem ea, quae observata sunt in usu ac tractatione dicendi*, haec *ab hominibus callidis* etc. delendo *ea*, nec minus temere ib. 20, 91, in quibus *etiam, sive ille irridens, sive quod ita putaret atque ita audisset, me* in illo numero — *proferebat*, voces *in illo numero* delevit. Sic post *quod* sequitur *id*. Rabir. Perd. 3, 10. Quod *utinam, Quirites, ego* id *aut primus aut solus ex hac republica sustulissem!* Diversum est, sed simile tamen, quod de Leg. III, 2, 5. legitur: *qui, ut illi coelestibus, sic hi adversentur magistratibus*. Sed ex eodem genere est hoc, quod post *qui, quae, quod*, ad praecedentia spectans, nomen ipsum, quo *qui* spectabat, additur: Or. 62, 210. *Id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus: quod* (n. nos conatos esse) *plurimis locis perorationes nostrae, voluisse nos atque animo contendisse, declarant*: cf. Fin. III, 2, 8. Leg. III, 9, 21. Off. II, 8. Nat. D. II, 9, 24. quae loca attuli ad Fin. I, 20, 67. (Misc. phil. II, 1, p. 109. 3, p. 85.) tum Or. 16, 52. Verr. II, 1, 26, 67. 2, 3, 6. 40, 99. Off. III, 31, 7. Similiter ad Fam. V, 13. pr. *illum fructum ex iis litteris vel maximum cepi, quod te praeclare res humanas contemnentem, et optime contra fortunam paratum armatumque cognovi: quam quidem laudem sapientiae statuo esse maximam, non aliunde pendere* etc. Cf. pro Cluent. 35. pr. Atque hoc modo iam olim ostendi explicandum et defendendum videri locum de Or. I, 12, 53. *Quis enim nescit, maximam vim exsi-*

stere oratoris in hominum mentibus vel ad iram aut ad odium aut dolorem incitandis, vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque revocandis? quae (n. mentes vel incitare vel revocare) *nisi qui naturas hominum-penitus perspexerit, dicendo, quod volet, perficere non poterit.* Nam dicendo, quod voles, perficere, ad sensum idem est, quod animos quocunque modo commovere. Nec magis mutatione eget locus ib. 17, 75. *Haec* (n. quae oratori propria tradidisti) *cum ego praetor Rhodum venissem, et cum summo illo doctore istius disciplinae Apollonio ea, quae a Panaetio acceperam, contulissem: irrisit ille quidem, ut solebat*, philosophiam. ubi voc. *philosophiam* sensum repetit pronom. *haec*: nam quae oratori propria tradiderat Crassus, ipsa erat philosophia. Simile est, quod de Or. I, 37, 169. legitur: *Quid ergo hoc fieri turpius aut dici potest, quam eum, qui hanc personam susceperit - - labi*, ubi *hoc*, quod ad praecedentia spectat, explicatur tota ῥήσει, *quam eum - labi*; de quo pleonasmo egi ad Fin. I, 6, 19. (Misc. philol. II, 1, p. 99. 3, p. 85.) Cf. Gramm. Gr. mai. §. 450. min. §. 468. d.

Sed illa iam ad id anacoluthorum genus pertinent, in quo forma orationis, ante parenthesin instituta, commutatur, de quo genere notavi nonnulla ad Cic. Fin. II, 10. vid. Misc. phil. II, 2. p. 124. Sic Brut. 37, 140. sed illa, quae proprie laus oratoris est in verbis: (nam ipsum Latine loqui est illud quidem, ut ante dixi, in magna laude ponendum: sed non tam

sua sponte, quam quod est a plerisque neglectum: non enim tam praeclarum est, scire Latine, quam turpe nescire, neque tam id mihi oratoris boni, quam civis Romani proprium videtur:) sed tamen Antonius in verbis et eligendis et collocandis et comprehensione devinciendis nihil non ad rationem et tamquam ad artem dirigebat. ubi sententia in illis sed illa, quae proprie est laus oratoris in verbis imperfecta relinquitur, sed instauratur, quamquam aliis verbis, sed tamen Antonius etc. Hinc illi nominativi et accusativi absoluti, quos vocant, ut de Fin. II, 33, 107. Haec leviora, poema, orationem quum aut scribis aut legis, quum omnium factorum, quum regionum conquiris historiam, signum, tabula, locus amoenus, ludi, venatio, villa Luculli, sed ea, quae dixi, ad corpusne referes? pro ad corpusne referuntur. Cf. quae notavimus ad *libr.* de Fin. IV, 18, 49. — Tusc. Qu. I, 24, 56. animum ipsum, si nihil esset in eo, nisi id, ut per eum viveremus, tam natura putarem hominis vitam sustentari, quam vitis, quam arboris. Ubi si hominis vitam demas, quae sensum verbi animum repetunt, plana erit sententia. Geminus locus est de Fin. III, 12, 41. His igitur ita positis, sequitur magna contentio, quam tractatum a Peripateticis mollius — Carneades unus egregia quadam exercitatione in dialecticis

summaque eloquentia rem in summum discrimen adduxit. Simile anacoluthon agnosco in libro de Off. III, 10, 45. Damonem et Phintiam, Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse, ut quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulavisset, vas factus est alter eius sistendi pro ut. — vas factus sit; sed tam longe verbum a coniunctione diremptum est, ut non mirum sit, non attendisse scriptorem, quid illa poseeret. Cf. Or. II, 6, 23. quem locum recte defendit Gernhard ad Off. III, 10, 45. Verr. IV, 15. pr. verum videtur *accessit* - *coepit*, quod habent duo Mss. ap. Graev. et Guelph. Similis, at in ipsa tamen similitudine dispar, est ratio, quam tractavit Heusing. ad Off. p. 26 not. b. Sic *ut* bis positum pro Planc. 38, 92. Res vero ipsa publica, si loqui posset, ageret mecum, ut, quoniam sibi servissem semper, numquam mihi, fructus autem ex sese non, ut oportuisset, laetos et uberes, sed magna acerbitate permixtos tulissem, ut iam mihi servirem, consulerem meis. Tusc. Qu. V, 29, 82. sic vulgo legebatur: *Melius equidem afferre nihil possum: sed a te impetrarim libenter, ut, nisi molestum sit, quoniam te nulla vincula impediunt, ubius certae disciplinae, libeaque ex omnibus, quodcunque te maxime quaeque veritatis movet, quod paullo ante Peripateticos veteremque Academiam*

hortari videbare, ut sine retractatione libere dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos, id velim audire, quemadmodum his putes consentaneum esse id dicere. Davisius eumque sequutus Ernesti *ut ante nisi molestum*, e Codicum nonnullorum auctoritate deleverunt, tamquam inutile et quo oratio nimis intricata fiat. At unde librarios id assumpsisse dixeris? delevisse illos, quod ad nullum verbum referre possent, nihil mirum. Tum verba: *impetrarim libenter* usque ad *beatissimos* parenthesi inclusit Ern. ut verba *a te id velim audire* cohaererent; quam orationis formam vix quisquam pro Ciceroniana agnoverit. Quum enim verba: *a te impetrarim libenter* et *a te velim audire* sensu nihil inter se differant, fit, ut in parentheseos initio dicatur, quod denuo inculcetur post parenthesin. Immo Cicero orationem sic instituit, ac si dicturus esset: sed a te impetrarim libenter, ut, nisi molestum sit, nobis demonstres, quemadmodum Peripateticis veterique Academiae putes consentaneum esse dicere, sapientes esse semper beatissimos. Ultima praeposuit, ut nobis demonstres, *quod paullo ante Peripateticos veteremque Academiam hortari videbare, ut beatissimos, id* (n. hoc ipsum *sapientes esse semper beatissimos*) *velim audire* etc. Ita multis interiectis constructionem immutat et, quod fieri solet, sensum verborum *a te impetrarim libenter* repetit verbis *velim audire*. Similiter *ut* verbo, quo referatur, destitutum est Off. III, 10, 45. quem locum supra adscripsi, et similis orationis forma est Or. I, 29, 133. vid. ib. p. 6.

Sic Or. I, 40, 183. *Quid, quod usu memoria patrum venit, ut paterfamilias, qui ex Hispania Romam venisset, quum — reliquisset — duxisset — remisisset mortuusque esset, — mediocrisne res in controversiam adducta est?* Ib. I, 24, 111. *moderabor ipse*, ne, *ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e togatorum numero atque ex forensi usu homo mediocris neque omnino rudis, videar*, non *ipse aliquid a me promisisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse*; ita pergit, ac si dixisset, *moderabor ipse*, ut *videar*, non *ipse* etc. nam *ne non* sensum contrarium ei, qui requiritur, efficit. Off. I, 7, 23. *Fundamentum autem iustitiae est fides, id est, dictorum conventorumque constantia et veritas: ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, credamusque, quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem.* ubi nihil, quod operae pretium esset, attulit Heusingerus p. 60. Dicere autem instituerat Cicero: *ex quo, quia fit, quod dictum est, appellata est fides.* Ib. 5, 15. *Quae quatuor quamquam inter se colligata atque implicata sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur: velut ex ea parte, quae prima descripta est, - - inest indagatio atque inventio veri.* Miror Heusingerum, qui constructionem *ex ea parte inest* comparet cum loquutionibus, *ex hac parte, aliqua ex parte*, quae diversissimae sunt, nec viderit, continuatam esse a Cicerone constructionem praecedentis sententiae: velut *ex ea parte* nascitur,

post enuntiationes autem interpositas immutatam, quasi praecessisset *in ea parte inest.*

Nonnumquam etiam e duobus membris, quae ad unum idemque caput referri debebant, alterum sententiam non aliunde pendentem constituit. Frequentissima sunt talia, ut Or. I, 27, 123. *has causes inveniebam duas, unam, quod intelligerent* etc. Iam sequi debebat, *alteram, quod ceterarum hominum artium - putantur*: sed pro eo est: *Altera est haec, de qua queri saepe soleo* etc. Cf. Off. I, 20. pr. vid. Heus. ad Offic. p. 332. 1. Non minus frequens, sed saepe obliterata, variatio structurae haec est de Or. III, 31, 125. *dummodo illa ad hanc civilem scientiam, quo pertinent et quam intueantur, transferamus, neque, ut ante dixi, omnem teramus in his discendis rebus aetatem; sed, quum fontes viderimus - - ex iis tantum, quantum res petet, hauriemus* pro *hauriamus*, quod ipsum Ernesti edidit, in talibus sine libris oportere corrigere iactans, verissimae tamen ipse suae observationis immemor ad II, 72, not. 46. Monuit de hoc nonnulla Heusingerus ad Off. p. 26. b. qui tamen observationis suae meminisse debebat etiam Off. I, 5, 6. et eum locum sic distinguere: *ut et societas hominum coniunctioque servetur, et animi excellentia magnitudoque - - eluceat; ordo autem et constantia et moderatio versantur in eo genere* etc. Sic pro participio ponitur verbum finitum Off. I, 2. *Sequemur igitur hoc quidem tempore et hac in quaestione potissimum Stoicos, non ut interpretes, sed e fontibus eorum iudicio arbitratuque nostro, quantum*

quoque modo videbitur, hauriemus. Ubi recte Ern. animadvertit dictum oportuisse, *non ut interpretes, sed haurientes*, minus recte idem ita legendum existimat. Quod Heusing. dicit, *Durum mihi videtur Sequemur — haurientes*, nihili est.

Nonnumquam etiam duae constructiones coniunctae reperiuntur; quod anacoluthorum vel variatae structurae genus apud Graecos latissime patet. Nam hoc, *Illuc quidem adduci vix possum, ut ea, quae senserit ille, tibi non vera videantur* Fin. I, 5, 13. et illud, *ut iam videar adduci, hanc quoque, quae te procreavit, esse patriam tuam*, Leg. II, 3. mixta sunt e duabus constructionibus, quarum altera post *existimare* legitima est. Vid. Goer. ad Leg. l. c. Sic de prov. cons. 16, 39. *nam ut C. Iulius, - - per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consequutus, ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicandum nullo modo possum*, ubi *ut relinquat* pendet ab *adduci non possum*, quamquam ad verbum *suspicandum* referri oportebat, *C. Iulium relicturum non esse.* Ut in his constructio pendet ex verbo, quod in mente tantum habebat scriptor, sic Or. I, 19, 86. *quaerebat, cur de prooemiis et de epilogis et de huiusmodi nugis referti essent eorum libri*, Cicero cogitabat, *cur* praeceptis *de prooemiis referti essent eorum l.* et ib. 23, 108. *Nam si ars ita definitur, ut paullo ante exposuit Antonius, ex rebus penitus perspectis planeque cognitis*, in animo habebat, *constare eam* seu *effici ex rebus.* ut perperam ibi Schützius ex illud suo arbitrio expunxisse videatur. Off. I, 37, 135.

neque enim omnes iisdem de rebus, nec omni tempore, nec similiter delectamur, i. e. iisdem de rebus colloquendo del. Magis etiam notanda est duarum constructionum confusio Or. I, 32, 146. *Verum ego hanc vim intelligo esse in praeceptis omnibus, non ut ea sequuti oratores eloquentiae laudem sint adepti, sed, quae sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam observasse atque digessisse*, quod brevius dictum est pro: hanc vim intelligo esse in praeceptis omnibus, non ut ea sequuti eloquentiae laudem adipiscamur; intelligo enim non ea sequutos oratores eloquentiae laudem esse adeptos, sed - observasse atque digessisse. Tusc. I, 30, 73. *Ita commemorat, ut cygni, qui non sine causa Apollini dicati sint, sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua praevidentes, quid in morte boni sit, cum cantu et voluptate moriantur, sic omnibus et bonis et doctis esse faciendum*, ubi illa *cum cantu et vol. mor.* non minus cum verbis *ut cygni*, quam cum seqq. *qua praevidentes*, iungenda sunt.

A. Matthiae.

II.

Coniecturae de locis nonnullis Achillis Tatii, Xenophontis Ephesii, Callistrati, aliorum.

Vere *Valckenarius* scripsit in Cap. XXV Diatribes in Euripidea: "Centum minimum diversis modis peccarunt librarii veteres, quos omnes in ritu merato habuisse, magnam affert vitia librorum antiquorum sanaturis utilitatem. Prae ceteris omnibus peccarunt triplici modo; semel tantum scribentes litteras [et voces] quae fuerant bis ponendae; separanda coniungentes; distrahentes litteras, quae coniungere debuerant." Postremi huius generis exempla ex diversis scriptoribus cum Graecis tum Latinis notavi, quorum partem haud exiguam *Schaeferus*, Vir eruditissimus, Adversariis *Ricardi Porsoni* Lipsiae repetitis subiungere non dubitavit. Quae quum doctis hominibus non videantur displicuisse, alias quasdam huius generis correctiones, ex eodem fonte derivatas, hoc loco expromam; additis etiam nonnullis ex iis generibus, quibus *Valckenarius* primum et secundum assignavit locum.

Nec longe abeamus. In manibus est *Achilles Tatius*, scriptor inter Eroticos non ultimo loco censendus, cuius Historiam de Leucippes et Clitophontis amore, post *Salmasium* fere neglectam, saltem non ea, qua par erat, diligentia editam, [1] apud me habeo denuo recensitam et a plurimis, quibus vulgo laborat, vitiis liberatam. Unum eius locum, inepte deprauatum, L. IV, 12. p. 171. ed. Bip. tentavi in illa quam dixi Appendice, vulgatam lectionem: ἀλλὰ πᾶν τὸ ξένον τοῦτό που ὁ πηλὸς ἐμπίπτων κρατεῖ, in hunc modum corrigens: ἄλλα παντὸς ἐξέχοντος τόπου ὁ πηλὸς κρατεῖ. nec poenitet coniecturae, quam sensus flagitat. Minore tamen mutatione leges, una littera addita, altera leviter commutata: ἀλλὰ πᾶν τὸ ἐξέχον τοῦ τόπου ὁ πηλὸς ἐμπίπτων κρατεῖ. ubi verbo κρατεῖν, *tenendi* et *obtinendi* significatione, quartus casus subiectus

[1] *Salmasii* editio quanta cum festinatione praecipitata fuerit, satis constat. Plurima tamen ex bonis codicibus, haud pauca etiam ex ingenio ad textum emendandum attulit, in quibus si *Bodenius* acerbiore indicio usus esset, textumque parcius ipse corrigere esset conatus, editio eius paullo meliore existimatione frueretur. Nunc veteres errores novis auxit, quos etiam per Bipontinam editionem propagatos dolemus; ut L. II, 4. p. 52. φοβῆς pro φοβῇ, II, 21. p. 77. αἰτιᾷς pro αἰτιᾷ, L. II, 24. p. 85. οὐδὲ ἴδον pro οὐδ' εἶδον. et plurima alia huiusmodi. Passim etiam omissa sunt verba; ut L. I, 18. p. 44. ἡ δὲ ἐρωμένη νησιώτις· ὅταν οὖν ὁ ἐραστὴς. et in fine Libri IV. p. 186. τοσοῦτον ἔργον ἐργεῖ τῶν γυνῶν παιδίον. Quaedam loca *Bodenius* ex Cod. Monacensi rectius constituit; neque tamen omnes illius libri lectiones, quae in censum venire merentur, commemoravit.

pro secundo, ut etiam in aliis locis, quae laudavit *Matthiae* ad Batrachom. p. 169. in Gramm. Gr. §. 338. b. p. 462. Noster L. I. c. 6. p. 19. *βιβλίον ἄριστον κρατῶν, καὶ ἐγκεκυφὼς ἀνεγίνωσκον.* Et in veteribus *Tatii* nostri libris *τοῦ τόπου* repertum fuisse, praeclare docet versio Italica, quam e libro manuscripto factam ab omnibus et editoribus et interpretibus neglectam dolemus [2] Ibi verba illa sic vertuntur: *ma ogni sorte di barca forestiera dando nel fango del luogo è ritenuta.* In his ut inepta sunt reliqua, ita certissime intelligitur, ab interprete non id quod vulgo legitur, sed *τοῦ τόπου* in suo codice lectum fuisse. Quamquam haec correctio librorum confirmationem vix desiderat; non magis quam eiusdem generis emendatio in eodem Nostri de Nilo loco, a *Wesselingio* ad *Herodotum* exprompta. Legitur enim L. IV, 11. p. 169. sine sensu: *ὁ Νεῖλος ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἔστιν ἐς τοσοῦτον ῥέων ἄχρι Μέμφεως, καὶ ἔστι μακρὸν κάτω πέρας. Σύρος ὄνομα τῇ χώρῃ.* Feliciter hic *Wesselingius*, vel potius, ut videtur,

[2] Titulus libri: *Amorosi avenimenti di due nobilissimi amanti, già dal Greco tradotti nella nostra lingua Italiana, per il Sig. Francesco Angelo Coccio. In Trivigi. appresso Fabritio Zaneiti.* MDC. 8. *Coccius* scriptorem nostrum expressisse videtur ex Codice Veneto, fortasse eodem, e quo Cod. Monacensis fluxit, sed non paucis in locis emendatiore. Praefationem interpres non addidit. In ea, quae libro praefixa est, bibliopola aut typographus hoc unum agit, ut querelas de vitiis typographicis vitatu difficilioribus effundat.

Stephanus Berglerus, corrigit: *καὶ ἔστι μικρὸν κάτω κώμη· Κερκάσωρος ὄνομα τῇ κώμῃ.* De loci quidem nomine dubitare nos non patitur *Herodotus* L. II, 17. p. 111. quem *Tatium* ante oculos habuisse apparet. Reliqua minus certa. Quum enim Codd. nonnulli pro *ἐς τοσοῦτον*, quod *Salmasius* primus invexit, *εἰς τοῦτο* habeant, sic etiam corrigas licet: *Ὁ Νεῖλος ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων, καί ἐστιν εἷς, εἰς ταυτὸ ῥέων ἄχρι Μέμφεως. κώμη τις μικρὸν κάτω (Κερκάσωρος ὄνομα τῇ κώμῃ·) πρὸς τῷ τέλει τοῦ μεγάλου ῥεύματος. ἐντεῦθεν δὲ περιῤῥήγνυται τῇ γῇ.* Ita certe suadet *Herodotus* l. c. *μέχρι μέν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἷς ἐὼν ὁ Νεῖλος· τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος σχίζεται.*

In fine *secundi Libri* inter iuvenes una navigantes illustris in antiquitate agitatur quaestio de muliebris et puerilis amoris praestantia, in qua disputatione Noster haud scio an *Luciani* vestigia presserit. Apud *Tatium* nostrum quum Clitophon multa dixisset de mulierum oculis, omniaque circa eam rem amantium deliramenta exhausisset, Menelaus, puerilis amoris causam agens, cum universam puerorum in amore simplicitatem, tum in oculis dandis et accipiendis ingenuam artis ignorantiam laudat. Ibi inter alia haec leguntur L. II, 38. p. 104. *τὰ δὲ φιλήματα σοφίαν μὲν οὐκ ἔχει γυναικείαν, οὐδὲ μαγγανεύει τοῖς χείλεσιν εἶναι μωρὰν ἀπάτην.* In his verbis infinitivus perperam abundans editores de vitio admonere poterat; nam quae vulgo feruntur illius infinitivi per pleonasmum,

redierunt. Scribendum autem: ὡς θᾶττον ἂν ἀποθάνοιμι ἢ περιΐδω Λευκίππης φῦλημα ἀλλοτριούμενον. (*Philostrat.* Vit. Apoll. IV, 32. p. 172. δεῦρο νῦν ᾠήθη περιΐδειν νεανίαν ὑπαχθέντα ἐς δίκην καί, ὦ λῷστε, ἔφη, τί πεφροντικὼς παρίεις; Legendum videtur, περίεις.) Simile peccatum L. V, 10. p. 202. εἴπερ τύχοιεν sustulit *Salmasius*, εἰ περιτύχοιεν corrigens. L. VII. autem c. 11. p. 301. καὶ εἴπερ ἦν nos emendavimus, εἰ περιῆν, in Append. ad *Porsonum* Advv. p. 307. seq. Neque aliud remedium, ni fallor, adhibendum loco L. VIII, 4. p. 316. τὸ δὲ λοιπόν, ὅπερ ἐστὶ μῦθος, λέγε, τέκνον Κλειτοφῶν, μηδὲν αἰδούμενος. Scribendum videtur: τὸ δὲ λοιπόν, ὃ περίεστι τοῦ μύθου.

In ea narrationis parte, qua Melittes pudicitiae fontis sacri ope exploratur, L. VIII, 14. p. 352. vulgo legitur: *Μίαν μὲν ταύτην νίκην καλλίστην νενικηκότες, ἀπήειμεν· ἐπὶ δὲ τὴν δευτέραν κρίσιν ἐχωροῦμεν, τὴν Στύγα· καὶ ὁ δῆμος οὕτως μετεσκευάζετο καὶ πρὸς ταύτην τὴν θέαν, καὶ πάντα συνεπεραίνετο· κἀκεῖ ἡ Μελίττη τὸ γραμματεῖον περιέπειτος· ἡ πηγὴ δὲ ἕστηκεν ὀλίγη· ἀνέβη δὲ εἰς αὐτήν, καὶ ἕστη φαιδρῷ τῷ προσώπῳ.* In ultimis facile apparet, nec orationem constare, nec narrationis ordinem; saltem ἐνέβη legendum erat, ut et hoc verbum et ἕστη ad Melittam referrentur. [4] At gravioris depravationis suspi-

4 Vulgatam expressit Italus: *la fonte passava per mezzo di lei, et à lei venne molto bassa, et ella ne stette con volto allegro.* ubi subiecti, quod vocant, subita mutatio adiecto pronomine nonnihil lenitur.

suspicio nascitur e lectione Cod. Monacensis, ἡ πηγὴ δι᾽ αὐτῆς καὶ ὀλίγη δὲ ἀνέβη εἰς αὐτήν. cum quo conspirat edit. princeps, ita tamen, ut correctoris agnoscas sedulitatem: ἡ πηγὴ δι᾽ αὐτῆς καὶ ὀλίγη· ἀνέβη δὲ εἰς αὐτήν... Iam dubitari non potest, scribendum esse, ἡ πηγὴ διαυγὴς καὶ ὀλίγη· quod faustum scilicet signum secundum id, quod de illo fonte traditur c. 12. p. 350. ὅταν τις αἰτίαν ἔχῃ Ἀφροδισίων εἰς τὴν πηγὴν εἰσβᾶσα ἀπολούεται· ἡ δὲ ἐστιν ὀλίγη καὶ μέχρι κνήμης μέσης... κἂν μὲν ἀψευδῇ τὸν ὅρκον, μένει κατὰ χώραν ἡ πηγή· ἂν δὲ ψεύδηται, τὸ ὕδωρ ὀργίζεται καὶ ἀναβαίνει μέχρι τῆς δίψης. Vt in illo *Tatii* nostri loco διαυγὴς parva unius litterae mutatione depravatum est in δι᾽ αὐτῆς, sic etiam in Anthol. Pal. c. XI. nr. 112. ubi vid. Not. crit. p. 678. [5] Sed totus locus mutata

---

5 Etiam apud *Philostratum* Imagg. L. II, 5. p. 817. de coma Rhodogunes, cuius pars comta et revincta erat, altera neglecta pendebat: τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα κείμενόν ἔχει τι καὶ ἐς αὐτὴν παραλλάττον. Scribendum: ἐς αὐγήν. Ap. *Philostratum Iunior.* c. VIII. p. 813. de pila mirabiliter ornata: καὶ ἐπέφυφεῖσα τέχα που τὸ ἀποχωροῦν σέλας μαρμαρυγαῖς εἰκάζειν ἀστέρων αὐτῇ δώσει. Scribe: αὐγῇ· *effulgens inde radiis coruscantibus splendor talis erat, ut cum stellarum fulgore comparari posset.* Depravatum est αὐτῶν in Vita Apollon. L. IV, 29. p. 169. ἀπεδέχετο τῶν Ἠλείων, ὡς ἐπεμελοῦντο τῶν ΑΓΤΩΝ, καὶ ξὺν κόσμῳ ἔδρων. quod non fugit *Hamackerum* in Lectt. Philostrateis p. 81. ubi ἄθλων aut ἀθλητῶν scribendum existimat. Ad sensum optime: sed *Philostratus* scripsit: ὡς ἐπεμελοῦντο τῶν ΑΓΩΝΩΝ. Vnum addam eiusdem scriptoris locum, ubi idem pronomen perperam legitur. Vit. Apollon. L. V, 7. p. 197. τὰ τοῦ ἕρξου

distinctione, unaque littera addita, sic ad integritatem revocabitur: *καὶ ὁ δῆμος οὕτως μετεσκευάζετο καὶ πρὸς ταύτην τὴν θέαν. Καὶ πάντα συνεπεραίνεσθο κἀκεῖ· ἡ Μελίττη τὸ γραμματεῖον περιέκειτο ἡ πηγὴ διαυγὴς καὶ ὀλίγη· ἡ δὲ ἐνέβη εἰς αὐτήν καὶ ἔστη φαιδρῷ τῷ προσώπῳ· τὸ δὲ ὕδωρ οἷον ἔ κατὰ χώραν ἔμενε.*

Vnum addam eiusdem scriptoris locum, qu sola seiunctione litterarum male iunctarum sanar potest. Narrat ibi Menelaus L. II, 34. p. 95. pue rum, quem in deliciis habuerat, in venatione al quando aprum e dumetis excitasse: *ἐξαίφνης ἐ σῦς τῆς ὕλης προπηδᾷ, καὶ τὸ μειράκιον ἐδίωκεν (τὸ σῦν* scil.), *καὶ ὁ σῦς ἐπιστρέφει τὴν γένυν, καὶ ἀντι προσωπος ἐχώρει δρόμῳ· καὶ τὸ μειράκιον οὐκ ἐξ τρέπετο, βοῶντος ἐμοῦ καὶ κεκραγότος, ἔλκε τὸν ἵππο μετενέγκας* (*μετένεγκε* C. Monac. cum aliis, quo praeferendum videtur) *τὰς ἡνίας· πονηρὸν τὸ θη ρίον· ἀλλάξας δὲ ὁ σῦς σπουδῆς* (lege *σπουδῇ* c. Co Monac.) *ἔτρεχεν ὡς ἐπ' αὐτόν· καὶ οἱ μὲν συνέπιπτο ἀλλήλοις κ. τ. λ.* Absurda narratio. Primum pue aprum persequitur; tum aper conversus impetu facit in puerum, frustra a Menelao monitum, ne

---

ἀναλεγόμενος, ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα, οὐχ ὅτι τὸν Ἑλλήσποντο ἔζευξεν, ἀλλ' ὅτι διέβη ΑΥΤΟΝ. Scribendum esse *ἀλλ' ὅ διέβη (τὸν) ΑΘΩ*, proxima docent: *Νέρωνα δὲ οὔτε πλεύσοι μενον διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ὁρῶ, οὔτε εἰς τέρμα τῆς ὀρυχῆς ἥξοντ* In Xerxis autem expeditione commemoranda, Athos clas traiectus cum Hellesponto ponte iuncto a Graecis scriptor bus, sophistis praecipue, coniungi solet.

fere impetum declinantem; tamen sequitur: ἀλλάξας δὲ ὁ σῦς ἔτρεχεν ὡς ἐπ' αὐτόν: *cursu mutato* aper adoritur puerum. At ille tantum abfuit, ut mutaret cursum, ut potius acriter in eo persisteret. Hanc difficultatem evitavit interpres Latinus, vertens: *aper in adolescentem magna vi cursum direxit.* et Italus: *il porco essendosi mosso, si mette a correr furiosamente per andar contro al giovane.* Num utrumque a Graeco textu sponte recesserе dicamus, ut narrationem iuvarent? Minime vero. Uterque potius in Codice suo legit, quod res ipsa postulat: ἀλλ' ἄξας ὁ σῦς, σπουδῇ ἔτρεχεν ὡς ἐπ' αὐτόν. In quibus verbis ἀλλὰ refertur ad praecedens οὐκ ἐξετρέπετο. Coniunctio illa postquam cum participio coaluerat, corrector aliquis adiecit δέ, quod additamentum nec edit. princeps agnoscit, nec Cod. Monacensis. Vnde emendationis nostrae veritas etiam magis apparet.

Nec multo maiore mutatione opus est ad restituendum locum depravatum *Callistrati* in Descriptione tabulae pictae, statuarum ἐκφράσει subiecta, c. XIV. p. 906. *Εἰκὼν ἦν ἐπὶ ταῖς Σκυθικαῖς θύραις, οὐκ εἰς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ καὶ ἀγωνίαν τῶν γραφῆς καλῶν οὐ κάλλους ὡς ἐξησκημένη.* Sic hic locus legebatur ante *Olearium*, qui verba οὐ κάλλους, e variante lectione, ut ille existimabat, nata, e textu circumscripsit. Temere utique. Scribendum enim, coniunctis, quae male discerpta, seiunctis, quae perperam coniuncta sunt, *οὐκ ἀμούσως ἐξησκημένη.* Plura sunt in eodem capite, quod ultimum est libelli, et corrupta et mutila, fortasse quod

in ultima Codicis pagina scriptum temporis inj riae magis fuit obnoxium. Ex his tangam nonn si ea, quae ad consilium nostrum faciunt. Ath mas furore percitus, Furiarumque terriculamenti (*δείμασι θυμοφθόροις*, non *δημοφθόροις*) agitatu coniugem persequitur, manum ferro armatus. F rum iamiam minatur plagam: *Ἡ μὲν γὰρ χεὶρ ὅ τως ἦν ἀκίνητος, ἐδόκει δὲ οὐ τί ἦν τὸ στάσιμον ἀλλὰ δόξῃ κινήσεως· ὑπὸ τοῦ φόβου χλωρόν τι κα τεθνηκὸς ὁρῶσα· ἐνηγκάλιστο δὲ καὶ παῖδα νήπιον*. In his ante *ὑπὸ τοῦ Inus* nomen excidisse, non fi git *Olearium*; non tamen suffecerit ad oration integritatem, *Ἰνὼ δὲ* cum eo addidisse. Recti scribes: *ἐδόκει δὲ οὐ τηρεῖν τὸ στάσιμον, ἀλλ' ἦ δόξῃ κινήσεως ἦν· ἦν δὲ καὶ Ἰνώ, ὑπὸ τοῦ φόβ χλωρόν τι καὶ τεθνηκὸς ὁρῶσα*. Sequitur: *ἐπείγε δὲ ἡ εἰκὼν καὶ τὴν ἄκραν τῆς Σκίρωνος καὶ τὴν θ λατταν τὴν ὑπόρειον*, ubi vulgatam *ἐπείγετο* a Li ensi editore perperam mutatam esse in *ἐπήγ το*, apparet ex proximis: *τὸ δὲ ῥόθιον πρὸς ὑπο χὴν ἐκολποῦτο, κυμαίνειν. οἰωθός*. De Ino igi etiam illa accipienda esse, iam olim monui in Ex citationibus criticis T. II. p. 66, sed veram loci e pediendi rationem tum nondum inveneram. C listratus enim scripsisse videtur: *ἐπείγετο δ' ἐξ κων κατὰ τὴν ἄκραν τῆς Σκίρωνος*. Sic apud *O dium* Metam. IV, 510 sqq. postquam Athamas *aula domus* Learchum necavit, Ino, Melicerta repto, *passis.. fugit male sana capillis... Imm net aequoribus scopulus*; *pars ima cavatur Fluct bus.... Summa riget, frontemque in apertum po*

rigit aequor: Occupat hunc, vires insania fecere, Ino.

Vnum addam eiusdem scriptoris locum, foede corruptum, ex initio Cap. VIII. p. 899. ubi antequam *Olearius* textum interpolare et depravare auderet, sic legebatur: *Δαιδάλῳ μὲν ἐξῆν ἰδεῖν τῷ περὶ Κρήτην πιστεύειν θαύματα, κινούμενα μηχαναῖς τὰ ποιήματα, καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην αἴσθησιν ἐμβιάζηται τὸν χρυσόν.* Non satis feliciter haec tentavi in Exercitatt. crit. T. II. p. 44. s. *ἤδη* in *ἰδεῖν* latere suspicatus. Nunc non dubito, in hoc quidem verbo nihil aliud latere quam *εἰ δεῖ*; qua correctione admissa, totus locus sic probabiliter restitui posse videtur: *Δαιδάλῳ μὲν ἐξῆν, εἰ δεῖ τὰ περὶ Κρήτην πιστεύειν θαύματα, κινούμενα μηχανᾶσθαι ποιήματα, καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην αἴσθησιν ἐμβιάζεσθαι τὸ ξύλον.* Sic fere Noster c. II. p. 901. *ὃ μὲν γὰρ Δαίδαλος μέχρι μὲν κινήσεως ἐπεύετο, καὶ δύναμιν εἶχεν ἡ ἐκείνου τέχνη ἐξιστάνειν τὰς ὕλας καὶ εἰς χορείαν κινεῖν.* et C. III. p. 904. *ἐμοὶ δὲ θεασαμένῳ τὴν τέχνην ἐπῄει πιστεύειν, ὡς καὶ χορὸν ἤσκησε κινούμενον Δαίδαλος.* Plura qui velit similia, *Iunii* Catalogum consulat.

Ad Eroticos revertor. *Achilli Tatio* succedat *Xenophon Ephesius*, in cuius narrationibus amatiis post felicissimam curam ab *Hemsterhusio*, *Abreschio*, *Locella*, aliis [6] adhibitam, permulta ad-

[6] Non multis, puto, innotuit *specimen Observationum criticarum in Xenophontem Ephesium, auctore Petro Hof-*

huc, ut in opere ex uno Codic
sunt, vehementer depravata, in
lium a melioribus libris fr
tur, ad coniecturam conf
statim libro c. XI. p. 1
Ἀνθία ἀλλήλοις περιφ
τες. Pro verbo ni
stra tuetur, scri
p. 60. 10. ἐνεν
3. p. 58.
p. 115. 4
νή, λί
λόντων
coniecit, ποι
quorum posteri
dubitavit. Miror,
co, ut sexcentis aliis,
Sic L. I, 11. p. 18. πάν
γενόμενοι, τοῦ χρησμοῦ, τοῦ
ἔκειντο εἰς γῆν ἀθυμοῦντες. Sed
de progressi sumus, alius etiam e
dubio mendosus p. 20. 9. ubi Habroco
thiam: ὀμόσωμεν ἑαυτοῖς, φιλτάτη, ὡς
μενεῖς ἁγνή, καὶ ἄλλον ἄνδρα οὐχ ὑπομε
ὅτι οὐκ ἂν ἄλλῃ γυναικὶ συνοικήσαιμι.
ditis, Anthia μέγα ἀνωλόλυξε, καὶ τί ται

---

manno Peerlkampo, subiectum illud *Einsd. or*
nophonte Ephesio. Harlemi 1806. 8. Hae
quae a futuro illius scriptoris editore cum fruct
terunt, in secundo libro medio substiterunt.

huc, ut in opere ex uno Codice expresso, supersunt, vehementer depravata, in quibus quum auxilium a melioribus libris frustra exspectari videatur, ad coniecturam confugiendum est. In *primo* statim libro c. XI. p. 19. 9. ὁ δὲ Ἄβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία ἀλλήλοις περιφῦντες ἔκειντο, πολλὰ ἀνανοοῦντες. Pro verbo nihil ἀνανοεῖν, quod *Locella* frustra tuetur, scribendum: πολλὰ ἅμα ἐννοοῦντές. ut p. 60. 10. ἐνενοεῖτο δ' ἅμα πολλά. Cf. Eund. p. 52. 3. p. 58. 15. p. 60. 10. In simili loco L. V, 18. p. 115. 4. κατεῖχε δὲ αὐτοὺς πολλὰ ἄλλα πάθη, ἡδονή, λύπη, φόβος, ἡ τῶν προτέρων μνήμη, τὸ τῶν μελλόντων δέος. vitium non latuit *Hemsterhusium*, qui coniecit, ποικίλα ἄττα, aut πολλὰ καὶ ποικίλα πάθη; quorum posterius *Locella* in ordinem recipere non dubitavit. Miror, neutrum vidisse, hoc quoque loco, ut sexcentis aliis, ἄλλα scriptum esse pro ἅμα. Sic L. I, 11. p. 18. πάντων ἅμα ἐν ὑπομνήσει γενόμενοι, τοῦ χρησμοῦ, τοῦ παιδός, τῆς ἀποδημίας, ἔκειντο εἰς γῆν ἀθυμοῦντες. Sed in illo capite, unde progressi sumus, alius etiam est locus procul dubio mendosus p. 20. 9. ubi Habrocomas ad Anthiam: ὀμόσωμεν ἑαυτοῖς, φιλτάτη, ὡς σὺ μὲν ἐμοὶ μενεῖς ἁγνή, καὶ ἄλλον ἄνδρα οὐχ ὑπομενεῖς, ἐγὼ δέ, ὅτι οὐκ ἂν ἄλλῃ γυναικὶ συνοικήσαιμι. Quibus auditis, Anthia μέγα ἀνωλόλυξε, καὶ τί ταῦτα, ἔφησεν,

---

manno Peerlkampo, subiectum illud *Einsd. orationi de Xenophonte Ephesio.* Harlemi 1806. 8. Hae observationes, quae a futuro illius scriptoris editore cum fructu consuli poterunt, in secundo libro medio substiterunt.

Ἁβροκόμη, πεπίστευκας ὅτι ἐὰν ἀπαλλαγῶ σοῦ, περὶ ἀνδρὸς ἔτι κατ' ἐμοῦ σκέψῃ; ad quae verba quum *Hemsterhusius* scripsisset, se haud facile sibi persuadere, ea macula vacare, *Locella* nescio qua observatiuncula viri perspicacissimi sententiam conatus est evertere. At primum nec *σκέψῃ* sincerum esse potest, quum non de eo agatur, quod Habrocomas post fata deliberaturus sit, sed de Anthiae consiliis; deinde verba *κατ' ἐμοῦ* ne sensum quidem habent. Vtrique difficultati medeberis legendo: *ὅτι ἐὰν ἀπαλλαγῶ σοῦ, περὶ ἀνδρὸς ἔτι καὶ γάμου σκέψομαι*; Haec in Codice *κιΓαμου* scripta, facillime pro *κατεμου* haberi potuerunt.

L. I. c. 13. p. 23. in navigatione ab Habrocoma et Anthia suscepta, quum vento cessante navis tarde moveretur, remigesque se et nautae somno vinoque tradidissent, piratarum triremis illos adoritur: *τελευταῖον δέ, ἦν δὲ περὶ μέσον ἡμέρας, ἔκειντο δὲ πάντες οἱ ἐν τῇ νηΐ, ὑπὸ μέθης καὶ ῥᾳθυμίας, οἱ μὲν καθεύδοντες, οἱ δὲ ἀλύοντες, ἐφίστανται δὲ αὐτοῖς οἱ περὶ τὸν Κόρυμβον* (piratarum ducis nomen) *ἐλαυνομένῃ τῇ νηὶ τριήρης ἦν σὺν ὀξύτητι πολλῇ*. In his, verba *τριήρης ἦν* quantopere orationem turbent, in oculos incurrit, neque alios latuit. Coniecturam tentavit *Abreschius*, quam *Locella* refutavit, ipse illa verba ex margine in textum venisse suspicatus. Bipontinus autem editor iisdem pro parenthesi acceptis, omnem loci difficultatem prorsus sublatam esse existimabat. Non animadvertit vir doctissimus, tum saltem scribendum fuisse, *τριήρης δὲ ἦν*; idque additamentum supervacaneum

esse, quum scriptor initio capitis dixisset, Corymbi navem fuisse triremem. Id cur eum denuo inculcavisse existimemus, idque loco, ut mihi quidem videtur, parum commodo? Hoc potius exspectabatur, ut diserte diceretur, quomodo piratarum navis in illa maris malacia Habrocomae navem tanto cum impetu adoriri potuerit. Quod quum remigii ope effectum fuisse dubitari nequeat, scribendum suspicor: ἐλαυνομένη τῇ νηῒ δι' εἰρεσίαν σὺν ὀξύτητι πολλῇ. De accusativo ne dubites, vid. *Fischeri* Animm. ad Veller. T. III. b. p. 171. De Argonautis *Philostratus Iun.* XI. p. 882. ὁρᾷς γὰρ βραχίονας μὲν ἐξῳδηκότας αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ εἰς τὴν εἰρεσίαν ξυντόνου... τῆς νεώς... καταφερομένης ξὺν πολλῇ τῇ ῥύμῃ.

In *quinto* libro Anthia per Rhenaeam Clyto traditur lenoni vendenda. Ibi post solitas lamentationes illa Clyti genubus advoluta, μή με, inquit, ἐπὶ ἐκείνην τὴν τιμωρίαν ἅμα προαγάγῃς, ἀλλὰ ἀπόκτεινόν με αὐτός. Hic quoque *Hemsterhusius*, ceteris perspicacior, ἅμα vitiosum esse intelligens, ὡμῶς legendum esse suspicatur, non multum tamen, ut videtur, illi coniecturae tribuens. Mihi in mentem venit: μή με ἐπὶ ἐκείνην τὴν τιμωρίαν ὡς μαστροπὸς ἀγάγῃς. Hoc si in libris sic scriptum fuisse reputaveris, μαστροπαγαγῃς, quam pronus fuerit lapsus, intelliges. De similitudine autem litterarum ᾱ et ω̄, crebraque earum permutatione, dicere nihil attinet. Recte autem et ad rem, quam agit, accommodate, Anthia negotium Clyto ab hera demandatum, odioso vocabulo ad invidiam

tahere conatur. Est autem μαστροπὸς proprium de eo vocabulum, qui ingenuam mulierem alii prostituendam tradit. *Theopompus* ap. *Athen.* L. X. p. 443. A. Κλερμένης ὁ τύραννος, ὃ καὶ τὰς μαστροπούς, τὰς εἰθισμένας προαγωγεύειν τὰς ἐλευθέρας γυναῖκας, καὶ τρεῖς ἢ τέτταρας τὰς ἐπιφανεστάτας πορνευομένας, ἐνδήσας εἰς σάκκους καταποντίσαι τισὶ προστάξας. [7]

Verbum inde derivatum, μαστροπεύειν, librariorum culpa misere discerptum, restituimus *Alexidi* ap. *Athen.* L. XIII. p. 565. B.

> εἰ πιττοκοπούμενόν τιν' ἢ ξυρούμενον
> ὁρᾷς, σὺ τοῦτον ἴσθ' ἔχοντα θάτερον,
> ἢ μαστροπεύειν ἐπινοεῖν μοι φαίνεται,
> καὶ πάντα τῷ πώγωνι δρᾶν ἐναντία κ. τ. λ.

ubi vulgo legitur: ἢ γὰρ στρατεύειν ἐπιν. μ. φ! Comicus autem de iis loquitur, *qui se ipsos prostituunt.* De viris supra modum sese ornantibus agens *Clemens Alexandrinus* in Paedag. L. III, 3. p. 261. Comicorum loca, ex quorum fontibus haud raro doctissimus scriptor hortos suos irrigavit, ante oculos habuit, dicens: διὰ τούτους (τοὺς μαστροπεύοντας καὶ προαγωγεύοντας ἑαυτοὺς) πλήρεις αἱ πόλεις πιττούντων, ξυρούντων, παρατιλλόντων τοὺς θηλυθρίας τούτους. Idem p. 294. de iisdem insigne

---

7 Obiter Lexicis adde vocem μαστροπίς, usurpatam a *Libanio* Tom. IV. p. 599. 17. οὐκοῦν ὁ μοιχεύων πρῶτα μὲν δίκαι προαγωγῶν, μαστροπίδων, θεραπαινίδων.

servavit fragmentum nescio cuius Comici, quod sic distinguendum:

τὸ δ' ὅλον οὐκ ἐπίσταμαι
ἐγὼ ψιθυρίζειν, οὐδὲ κατακεκλασμένος,
πλάγιον ποιήσας τὸν τράχηλον, περιπατεῖν,
ὥσπερ ἑτέρους ὁρῶ κιναίδους ἐνθάδε
πολλοὺς ἐν ἄστει καὶ πεπιττοκοπημένους.

De illis mollitiei et luxuriae ministris, quos *Clemens* priore loco commemorat, *πιττοκόποις, κομμωτρίαις, παρατιλτρίαις*, dixi olim in Animadverss. ad Anthol. T. II. P. III. p. 62. et in Additam. ad Athen. p. 109. Ex illis *παρατιλτρίας* commemorat etiam *Cratinus* ap. *Athen.* L. XIV. p. 638. F. cuius versus adscribam, quia ad nostrum consilium faciunt:

ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεόμαχος διδάσκαλος μετὰ τῶν παρατιλτριῶν
ἔχων χορόν, Λυδιστὶ τιλλομένων μέλη
πονηρά.

Sic haec legebantur ante *Schweighäuserum*, virum doctissimum, qui, *Toupii* sequutus sententiam, verba *μετὰ τῶν*, ut versum aeque ac sensum onerantia, in marginem relegavit. At unde illa verba in textum venerint, non tam facile apparet; quare mihi non tam eiicienda, quam corrigenda videntur. Certam quidem in talibus correctionem nemo facile spoponderit; sensum tamen habebis probabilem, versusque integros, si mecum scripseris:

ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας ὁ Κλεόμαχος

διδάσκαλος, μεταναστίων παρατιλτριῶν ἔχων χορόν, Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη.

Mulieres, quae Athenis molles et effeminatos homines depilabant, ex *peregrinarum* classe fuisse, satis est verisimile; recte itaque *μετανάστιοι* appellantur. Iam quum *Cratinus* chorum Cleomachi ob molles, quibus ille utebatur, modos ex *depilatricibus* constare dicat, quae, contra ac prisca ars ferebat, carmina *peregrino modo* (*Λυδιστὶ*) vellerent, poeta vocabulo *μεταναστίων* et ob hanc ipsam causam, et ut Cleomachi artem in contemptum traheret, potuit uti. De contemptus significatione satis constat vel ex loco *Homeri Il. ι.* 642. ubi Achilles de Agamemnonis contumeliis conqueritur: *ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡςεί τιν' ἄτιμητον μετανάστην.* quod egregie illustravit *Valckenarius* ad *Ammon.* p. 110. s. Adiectivo *μετανάστιος* usus est Poeta in Anthol. Pal. c. IX. nr. 814. T. II. p. 272. *νύμφαι νηϊάδες μετανάστιοι.* *Nonnus* Dionys. I. p. 40. 20. *ταῦρε, παρεπκάγχυθης μετανάστιος.* II. p. 70, 24. *ἄλλην ἐξ ὑδάτων μετανάστιον ἀτμίδα γαίης.* et alibi.

Ad Ephesiacas narrationes redeo. Ibi L. IV. c. 6. p. 84. Hippothous, latro, fossam iubet fieri, in quam Anthia cum canibus coniiciatur. *Καὶ οἱ μὲν ἐκέλευν τὸ προσταχθέν· ἤγετο δὲ ἡ Ἀνθία ἐπὶ τὴν τάφρον. Καὶ οἱ κύνες δὲ ἦσαν Αἰγύπτιοι, καὶ τὰ ἄλλα μεγάλοι καὶ ὀφθῆναι φοβεροί.* Hic aliquid ad orationis integritatem desiderari, non latuit *Abreschium*, qui sic legendum censebat: *ἤγετο δὲ ἡ Ἀν-*

servavit fragmentum nescio cuius Comici, quod sic distinguendum:

τὸ δ' ὅλον οὐκ ἐπίσταμαι
ἐγὼ ψιθυρίζειν, οὐδὲ κατακεκλασμένος,
πλάγιον ποιήσας τὸν τράχηλον, περιπατεῖν,
ὥσπερ ἑτέρους ὁρῶ κιναίδους ἐνθάδε
πολλοὺς ἐν ἄστει καὶ πεπιττοκοπημένους.

De illis mollitiei et luxuriae ministris, quos *Clemens* priore loco commemorat, *πιττοκόποις, κομμωτρίαις, παρατιλτρίαις*, dixi olim in Animadvers. ad Anthol. T. II. P. III. p. 62. et in Additam. ad Athen. p. 109. Ex illis *παρατιλτρίας* commemorat etiam *Cratinus* ap. *Athen.* L. XIV. p. 638. F. cuius versus adscribam, quia ad nostrum consilium faciunt:

ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
ὁ Κλεόμαχος διδάσκαλος μετὰ τῶν παρατιλτριῶν
ἔχων χορόν, Λυδιστὶ τιλλοψῶν μέλη
πονηρά.

Sic haec legebantur ante *Schweighäuserum*, virum doctissimum, qui, *Toupii* sequutus sententiam, verba *μετὰ τῶν*, ut versum aeque ac sensum onerantia, in marginem relegavit. At unde illa verba in textum venerint, non tam facile apparet; quare mihi non tam eiicienda, quam corrigenda videntur. Certam quidem in talibus correctionem nemo facile spoponderit; sensum tamen habebis probabilem, versusque integros, si mecum scripseris:

ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας ὁ Κλεόμαχος

διδάσκαλος, μεταναστίων παρατιλτριῶν ἔχων χορόν, Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη.

Mulieres, quae Athenis molles et effeminatos homines depilabant, ex *peregrinarum* classe fuisse, satis est verisimile; recte itaque *μετανάστιοι* appellantur. Iam quum *Cratinus* chorum Cleomachi ob molles, quibus ille utebatur, modos ex *depilatricibus* constare dicat, quae, contra ac prisca ars ferebat, carmina *peregrino modo* (*Λυδιστὶ*) vellerent, poeta vocabulo *μεταναστίων* et ob hanc ipsam causam, et ut Cleomachi artem in contemptum traheret, potuit uti. De contemptus significatione satis constat vel ex loco *Homeri Il. ι.* 642. ubi Achilles de Agamemnonis contumeliis conqueritur: *ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἄτιμητον μετανάστην.* quod egregie illustravit *Valckenarius* ad *Ammon.* p. 110. s. Adiectivo *μετανάστιος* usus est Poeta in Anthol. Pal. c. IX. nr. 814. T. II. p. 272. *νύμφαι νηϊάδες μετανάστιοι.* *Nonnus* Dionys. I. p. 40. 20. *ταῦρε, παρεπκάγχυθης μετανάστιος.* II. p. 70, 24. *ἄλλην ἐξ ὑδάτων μετανάστιον ἀτμίδα γαίης.* et alibi.

Ad Ephesiacas narrationes redeo. Ibi L. IV. c. 6. p. 84. Hippothous, latro, fossam iubet fieri, in quam Anthia cum canibus coniiciatur. *Καὶ οἱ μὲν ἐκέλευον τὸ προσταχθέν· ἤγετο δὲ ἡ Ἀνθία ἐπὶ τὴν τάφρον. Καὶ οἱ κύνες δὲ ἦσαν Αἰγύπτιοι, καὶ τὰ ἄλλα μεγάλοι καὶ ὀφθῆναι φοβεροί.* Hic aliquid ad orationis integritatem desiderari, non latuit *Abreschium*, qui sic legendum censebat: *ἤγετο δὲ ἡ Ἀν-*

θία ἐπὶ τὴν τάφρον καὶ οἱ κύνες· ἦσαν δὲ Αἰγύπτιοι. Fortasse recte. Mihi tamen videtur probabilius, etiam ob orationis genus, quo *Xenophon* utitur, illum iisdem verbis repetitis scripsisse: ἦγετο δὲ ἡ Ἀνθία ἐπὶ τὴν τάφρον καὶ οἱ κύνες· οἱ κύνες δὲ ἦσαν Αἰγύπτιοι. ubi ne litteram quidem mutatam vides. Sed quum ad hoc correctionum genus, quod *Valckenarius* primo loco posuit, ultro delapsi simus, quaedam eius exempla ex tertio quodam eroticarum narrationum scriptore expromam. Est is *Eustathius*, quem *Eumathium* appellant alii, cuius inficetam historiam *Gaulminus* ex Codice multis in locis mutilo et depravato edidit, *Gaulmini* autem textum simpliciter repetivit *Teucherus* Lipsiae 1792. Sunt penes me lectiones Codicis Monacensis, multum illo, ex quo editio fluxit, integrioris, cuius ope plurima loca, quae nunc ne intelligi quidem possunt, supplere et corrigere licet. Hoc loco duo dedisse suffecerit, quae ad rem praesentem faciunt. L. II. p. 70. (78. ed. Lips.) ubi comparatio instituitur inter Iovem et Amorem, vulgo legitur: ὁ μὲν δὴ Ζεὺς ἐξ οὐρανοῦ μεγάλου βροντᾷ, ὁ δ' ἀπὸ γῆς ὅλης ἐπολέμει, κινεῖ καὶ κατασείει μου τὴν ἀκρόπολιν. ὁ μὲν ὡς ἐκ νεφῶν ἀστραβολεῖ, ὁ δ' ὅλους κρατῆρας πυρὸς ὡς ἀπὸ γῆς ὑπαναπτει μοι. In his ἐπολέμει falso scribi apparet, quum praesens tempus requiratur; sed ne πολεμεῖ corrigendum existimes, vetat Cod. Monac. ubi sic: ἐξ οὐρανοῦ μεγάλα βροντᾷ καὶ καταβροντά, ὁ δ' ὡς ἀπὸ γῆς ὅλας κλέ πόλεις κινεῖ καὶ κατασείει μου τὴν ἀκρόπολιν. Bene iam verba βροντᾷ καὶ καταβρον-

ιᾷ respondent proximis *κίνει καὶ κατασείει*; tum vero corrigendum procul dubio: *ὁ δ' ὡς ἀπὸ γῆς ὅλας ἑλεπόλεις κινεῖ.* Inepta hac metaphora iterum utitur *Eustathius* L. IX. p. 358. (424). *σοὶ τοιχωρύχῳ τὴν παρθενίαν ὅλην ἀποσεσύλημαι· ἑλεπόλει σῇ τὴν πατρίδα* [*πᾶσαν* addit C. Mon.] *ξὺν αὐτοῖς τοκεῦσιν ἀφῄρημαι.* Memorabilis est in illa voce lectionis varietas ap. *Aelian.* Hist. Anim. V, 3. ubi de oleo quodam agitur, ex vermibus quibusdam Indicis expresso: *τούτῳ τοί φασι τὸν Ἰνδῶν (τῶν περσῶν* C Monac.) *βασιλέα καὶ τὰς πόλεις αἱρεῖν. καὶ μήτε κριούς, μήτε τελώνας, μήτε τὰς ἄλλας ἑλεπόλεις ἀναμένειν.* Hîc Cod. Monac. 87. cuius lectiones penes me sunt, *τὰς ἄλλας πόλεις ἕλε*, memorabili syllabarum *μεταθέσει*, orta illa ex correctione in margine aut supra lineam posita, et a librario perperam accepta. Huiusmodi errore depravatum suspicor locum *Philostrati* Imagg. I, 22. p. 796. de Mida auribusque eius paullo longioribus: *αἰνιττομένης σπουδῇ τῆς γραφῆς ἐκμεμηνύσθαι ταῦτ' ἤδη·* ubi *σπουδῇ* sincerum esse, vehementer dubito. Fortasse scribendum: *αἰνιττομένης δή που τῆς γραφῆς.* Id. II, 19. p. 842. *δικασόμενοι δή που ἐν τοῖς βασιλείοις τούτοις.* Vit. Apoll. IV, 11. p. 149. *μετὰ Μέμνονος δή που καὶ Κύκνου κείσομαι.* V, 6. p. 191. *πνεύματος δή που ἀπωθουμένου αὐτὸν τῆς θαλάσσης.* V, 15. p. 200. *σὺ μὲν φιλοσοφίαν ἔχε, τῷ πλεῖστα δή που ἀναθέντι.* Epist. XI. p. 918. *εἰ μὲν ἤδη γιγνώσκεις, ἐπαινεῖς δή που.* Epist. XXXII. p. 928. *ἀνάγκη πᾶσα δή που.* — Apud *Eustathium* autem, ut ad hunc redeam, L. IX. p. 341. (402) legitur: *φεύγο-*

μεν καὶ τὸν γάμον ὠνούμεθα. Recte Cod. Monac. φεύγομεν τὸν γάμον. Totus autem locus sic restituendus videtur: γάμον ἕτερον ὁ πατὴρ κηρύσσει τῆς θυγατρός, ὃν μηδὲ μέχρις αὐτῆς ἀκυῆς (ἡμεῖς addit C. Mon.) ἀνεχόμενοι φεύγομεν· φεύγομεν τὸν γάμον, καὶ τὸν γάμον ὠνούμεθα.

Sed haec nunc quidem sufficiant. Quae si doctis viris non displicuerint, alia eiusdem generis olim ex Adversariis nostris proferemus.

Gothae, a. d. 1. Iulii 1817.

F. I.

III.

De substantivis in ας exeuntibus.

Atticistae veteres, etsi a stolidis Hierocriticorum criminationibus dudum vindicati sunt, tamen levitatis suspicionem nondum a se satis depellere potuerunt. Valet enim in vulgus opinio, eos ex vago quodam nec satis explicato sensu de vocabulorum bonitate iudicasse, nemini autem eorum, cur ita opinetur, in mentem venisse exquirere. Sed id mihi tum alienum videtur a veteris disciplinae severitate, cui nulla res tam fuit proposita, quam ut infinitam dicendi varietatem ad artem et ad rationem revocaret, tum etiam multis indiciis compertum habeo, illos Atticismi aestimatores longe plus in recessu habere, quam ostendunt, neque odore quodam, quid Atticum esset, quid non, explorasse, sed artificiosa trutina verborum pondera examinasse. Ita, ut uno sed claro exemplo utar, quum θερμασία Atticum esse negant, non de hoc singillatim vocabulo, quod forte uni aut alteri τῶν Ἀττικωτάτων contactu vulgi adhaesit, sed de toto genere, quod ab Atticismi proprietate abhorret, praecipere videntur; itemque in multis aliis praecepta

eorum ab interiore quadam ratione et doctrina profecta esse reperiuntur. Nec, si ipse rationes omnium praeceptorum assequi non potui, idcirco nullas eos habuisse crediderim, sed rogabo potius omnes, qui id facere possunt, ut mihi subveniant et subiiciant, quae ad causam a me susceptam pertinere arbitrentur.

Laboramus quummaxime de vocabulo quodam primae declinationis, de quo si quid certi constitui potuerit, multorum similium ratio patefacta erit. Ordiar hinc explicare. Inter alia Menandri flagitia, Phrynichus etiam usum vocabuli καταφαγάς exprobrat p. 190, ubi supra quam Grammaticis mos est fas est, effervescens, gravi apostropha in poetam invehitur: τίς γὰρ δή, inquit, τῶν πρὸ σοῦ τῷ καταφαγάς κέχρηται; ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοφάνης οὕτω φησίν· Ἔστι γὰρ κἀτωφαγάς τις ἄλλος ἢ Κλεώνυμος; Ἐχρῆν οὖν Κρατίνῳ πειθόμενον φαγάς εἰπεῖν. Tum paullo delinitus addit, etiam Myrtilum hoc καταφαγάς usurpasse, sed non debuisse semel lecta ad exemplum trahi. Ac Phrynicho quidem nil praeter exempla requirenti cumulate satisfacere possumus Aeschyli testimonio; sed quomodo cum Polluce conficiemus, qui ne huius quidem auctoritate frangi se iurat? Παμπόνηρος ὁ παρὰ τῷ Μυρτίλῳ τῷ κωμικῷ καταφαγάς, εἰ καὶ Αἰσχύλος ἐχρήσατο. VI, 40. Quid igitur Pollux rationis habuerit, cur in Aeschyli auctoritate acquiescere nollet, quidve Phrynicho suspicionem moverit, ut φαγάς recte dici existimaret, καταφαγάς funditus reiiceret, digna res est, de qua quaeratur. Vacat enim adhuc hic locus,

locus, nec illiberalem habet ad disputandum materiam, dummodo ne quis verecundetur cum plebecula Attica consuescere et baiulorum facetias capiare, unde ne summi quidem poetae, quum res et locus ferret, aliquid delibare dedignati sunt. Sed referam me ad ordinem.

Isosyllaba primae declinationis ad duo genera revocari possunt, unum positivum, alterum naturale. Positivo duae species subiectae sunt nominum propriorum; prima species complectitur nomina quaedam monadica urbium et locorum, partim peregre allata, partim a vetustate accepta, velut illa monosyllaba, quae Io. Lascaris in primo de generibus enumerat, ὁ *Γρᾶς*, ὁ *Λᾶς*, ὁ *Χνᾶς*, quae ad artis praecepta exigi nequeunt. Ad secundam classem referenda sunt nomina hominum propria, *Κοσμᾶς*, *Μηνᾶς*, *Διονῦς*, ordinaria quidem et haud dubie antiqua, sed vernaculi et plebeii sermonis finibus conclusa. Sunt enim illa omnia, citata pronuntiatione, ut fert natura familiaris commercii, ab integris *Διόνυσος*, *Μηνόδωρος* etc. violenter contracta, ideoque a grammaticis in deminutivorum numero censentur. Sicut autem apud nos inurbanum habetur, nomen cuiuspiam hoc modo decurtare, nisi si veniam dat familiaritas, ita in cultissima Graeciae civitate, Athenis, neminem ingenuum natum hanc nominis quasi deminutionem subiisse reperio, sed fuit haec hominum servilis conditionis propria appellatio. Extra Athenas autem non negabo huius formae usum promiscuum fuisse, quando in numero nobiliuna Laconum, qui pacem cum

Atheniensibus confirmarunt, a Thucyd. V, 19. et ai Menas quidam (nisi lectio fallit) commemoratus, eoque argumento etiam ad cetera utar, de quibus mox dicendum erit. Hic ubi adiecero, omnia id generis vocabula perispomena esse, ad ea, quae his proxima sunt, transgrediar.

Alterum enim genus isosyllaborum, quod naturale esse significabam, impositicio simillimum est potestate, accentu, flexu. Sed in ipso introitu, ne quis ignoret, quo in loco versetur, ultro obviam deferam illa popularis leporis blandimenta, ὁ χοιρύζας Schol. Aristoph. Avv. 791. Eustath. p. 1000. 12. ὁ κορυζᾶς Menand. Suidae, ὁ λαρυγγᾶς (ἤτοι λαρυγγίας) Is. Porphyrog. in Charact. Heroum p. 512 (in Rutgers. Varr. Lectt. L. V.) ὁ φακᾶς Suid. v. quorum propemodum nullum in nostris Lexicis comparet. Haec vero non solum a sensu, sed etiam ab auribus politiorum hominum abhorruisse, iudicari potest ex eo, quod etiam illa, quae citra opprobrium dicuntur, tum perrara sunt in scriptis veterum, tum manifestam habent sermonis vulgaris et proletarii imitationem; unde summa suspicio est, hanc terminationem Atheniensibus sordidum quiddam et abiectum soniisse. Nec defuit his copia vocabulorum, quibus eadem vis et voluntas, sed forma magis publica esset et liberalior; illa ipsa dico, unde haec mutilata sunt. Sic verbi causa Menandro equus mordax δακνᾶς dicitur Phot. p. 38 quem orator, si ita usu veniat, ἵππον δάκνοντα dixerit, ut Pollux praescribit I, 192, vel, si videtur, δηξίας; est enim haec forma propria significandi

s, μιξίας, ταραξίας, σχιζίας, στομίας, quae ident adiectivis in ωδης. Sic, quem lingua nica χειλᾶν i. e. labeonem, vocant, Graeci ve- χειλῶνα dixerunt. Et hic perspicue intelligi- tam haec appellativa in ᾶς, quam illa propria d idem omnia exemplum facta esse, neque o manasse fonte, sed liberum fuisse, cuiusvis is et formae vocabula huc declinare. Ut a tissimis ordiar, Δημᾶς non a Δημήτριος so- nt Bentleio visum, sed et a Δημέας corrum- nit, Ἡρᾶς ab Ἡρέας et Ἡρόδωρος, Νικομᾶς a ήδης et Νικόμαχος; sed corrumpendi initium minibus in εας et ιάς, Χαιρέας, Φειδίας, Σω- sumptum fuisse coniicio, quae levissima mu- e ab ingenuis ad servos et libertos traduci po- nt. Nam sicut participium δάκνων in sub- ivum vertit ὁ δακνᾶς, ita quum principio Ari- mus quidam in fugae opprobrium ὁ τρέσας ominatus esset (v. ad Hesych. voc. τρεσάντων), a quisque huc simillimus immutato flexu et itu, ὁ τρεσᾶς dici potuit; quod quomodo inclu- um sit, Eustathius docet p. 772: ὁ φύξηλις ὃν τρεσᾶν ἄν τις εἴποι κωμικευόμενος, recte ille ans hoc genus vocabulorum in comicorum nem cadere. Ac persaepe ne ipsi quidem Grae- xerint, a quo quidque principio et qua via pro- um fuerit. Sed, ut aggere perfracto vis prae- ii primum proxima et inclinata, tum remotis- quaeque et reluctantia corripit, ita consue- semel in hanc partem impulsa, nullo dis- ime similia dissimilia traxit. Sic κλαυᾶς, κα-

μῦς, [1] ἄπφῦς, Διονῦς, quam diversos inter se ortu habent, quamque belle in exitu confluunt! Alia nominibus in ος, ης, ευς et ευτης ortum habent quorum si quis omnem vim et varietatem consequi volet, huic inferioris Graecitatis tesqua adeunda erunt, quae plurimas veteris linguae vulgaris reliquias conservavit. Huc imprimis referam artium ignobilium et sellulariarum nomina, ὁ καπηλᾶς, πινακᾶς, ὁ ψηφᾶς, ὁ λαχανᾶς, ὁ σχοινᾶς, quae etiam sine exprobratione reprehensionis dicuntur, tamen a prioris generis humilitate non multum distant. Illa partim adhuc in sermone Graecorum vigent, partim a DuCangio e scriptoribus mediae et infimae aetatis citantur. Sed nec vetustioribus insolitum fuisse hoc genus, ostendit Hesychii glossa, χαλᾶς ὁ ῥάπτης i. e. χηλευτής. Interim apud classicos scriptores, qui hodie manent, nihil horum [2]

---

[1] Draco Strat. p. 104. Διονῦς, Διονῦ, κλαυσῦς, κλαυσμῦς, καμῦς, καμῦ, unde Lascaris L. III. u. 3. sumpsisse videtur quem Hermannus censet pleraque sua ab illo fonte derivasse. Quamquam, si quaerimus, Lascaris nunquam Dracontis mentionem fecit, nec ulla fraudis suspicio in hominem integerrimum, omniumque Graecorum inter hospites gratissimum moveri potest. Ἄπφῦς meo arbitrio in hunc modum cum retuli, quod et significationem et accentum deminutivorum habet; perispomenon certe faciunt Gaza Institt. L. II. p. 285 et Urbanus Bell. L. II. p. 145 et concinunt codices Theocriti et Gregorii, ut non verear a Schaeferi sententia, qui acui volebat (ad Gregor. p. 320), discedere.

[2] Cf. Leake Researches in Greece p. 17. DuCang. Τραχηλᾶς.

peritur, quod satis signi est, hoc inclinamentum vulgari dialecto, recentioris Graecitatis, ut dico, fonti et seminario, adscribendum esse. Ac si vel nunc in fragmentis veterum quaedam huius formae vestigia apparent, vel olim inventa erunt, modo idiotismum et dicacitatem scenicam, modo (si altius assurgunt) poetarum arbitria, qui etiam sordidis et abiectis dignitatis decorem afflant, causari licebit. Huiusmodi fuerit Sophocleum illud *Βαιχᾶς*, de quo Graecus interpres ad Philoct. 1197. *ἔστι μὲν λοιβὴν καὶ βροντᾶς, ἀντὶ τοῦ βροντήσας, καθάπερ ἐν Τροφόροις τὸν Διόνυσον εἶπε Βαιχᾶν, ἀντὶ τοῦ Βαιχευτάν.* Quin populos Dorienses, quibus haec terminatio nativa et vernacula fuit, omnem ab ea turpitudinis et ridiculi suspicionem seiunctam habuisse, recte mihi colligere videor ex eo, quod Pausanias L. III, 19. (416. Fac.) Amyclis Liberum patrem cultum fuisse scribit, nomine *ψίλαν* (scribas licet *ψιλᾶν*) hoc est, ut ipse interpretatur, *ψιλωτὴν ἀστεφωτήν*: *ψίλα γάρ*, inquit, *καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά· ἀνθρώπους δὲ οἶνος ἐπαίρει καὶ ἀνακουφίζει, οὐδέν τι ἧσσον ἢ ὄρνιθας πτερά.* Quanquam haec interpretatio quaesitior est, quam ut probari possit, neque dubito, quin Amyclaeenses deum imberbem *ψιλᾶν* i. e. *λειογένειον* nominaverint. Quod genus quum Attici *ψίλακας* appellent, clare apparet, Doricam terminationem in *ᾶς* cum indigena Attica in *ᾶξ*, *νέαξ*, *πλοῦταξ*, *στύγναξ*, *σύβαξ*, *λεῖαξ*, [v. Epistola Barkeri Classical Journ. XXIV. p. 398.] quae ipsa Grammatici in deminutivis referunt, et significatione et usu congruere. Nam haec quoque

no et flexu barbariem redolere dicit, non de hoc, sed de circumflexo *Μαρίκᾶ* intelligendus videtur.

Quantum erat, apud Dorienses parisyllabum esse *πελεκᾶς, πελεκᾶ*, de quo statim dicetur. Quinta forma *πελεκανός* apud Constantin. de Admin. Imp. c. IX. in Lexico Octateuchi ap. Fabric. B. G. T. VI. 645. in Glossis Stephani s. v. Schol. Ms. ad Symeonem Sethum ap. DuCang. Append. s. *Καπουκανόν* occurrit. Quod ad declinationem parisyllabam attinet, quae Doriensis et est et habetur, plurimus etiam apud Atticos eius fuit in avium genere usus. Athenaeus IX, 39. 432. *Ἀττᾰγᾶς* (Ms. *ἀττᾰγᾶς*) *περισπῶσιν οἱ Ἀττικοὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τοὔνομα· τὰ γὰρ εἰς ᾶς λήγοντα ἐκτεταμένον ὑπὲρ δύο συλλαβάς, ὅτε ἔχει τὸ ᾰ παραλῆγον, βαρύτονά ἐστιν, οἷον ἀκάμας, Ἀθάμας, ἀδάμας· λευτέον δὲ καὶ ἀττάγαι* (Eustathius *ἀτταγαί*) *καὶ οὐχὶ ἀτταγῆνες.* Pauvii emendationem ad Phryn. p. 44. *καὶ οὐχὶ ἀτταγάντες*, a Schweighaeusero praetermissam, Stephani Britannici editores, ut mihi V. D. Edmundus Barkerus per litteras significavit, [4] in memoriam revocarunt, haud scio an nimio inepti commenti honore. Attagenis igitur nomen, de quo summa diligentia egit Conr. Gesnerus Hist. Anim. L. III. p. 219. [5] plures habuit flexus et inclinamenta; una

---

4 Idem addebat, Sturzium De Dial. Alex. p. 33., cur attagenes Aegyptiae vocentur, ex Aeliano H. A. XV, 27. potuisse intelligere.

5 Idem reperit egregiam Diogeniani emendationem, quam

forma est poetica, ἀττταγής, [7] ἀττταγέος, Oppian. Cyn. II, 405. 426, altera Ionicae similis, sed vulgo recepta ἀττάγην, ἀττταγῆνος (ut *Τιτήν, Τιτῆνος*) qua utuntur Aristot. Hist. An. X, 36, 488. 19, 438. Phoenicides comicus Athen. XIV, 67, 374. Alexand. Trall. I, 15, 66. tertia circumflexa, quam Atticis adsignat Phrynichus, eiusdemque opinionis particeps auctor Lexici rhetor. in Anecd. Bekk. p. 461. Ἀττταγᾶς — οὕτω καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν, καὶ αἱ πλάγιαι ἀττταγᾶν καὶ ἀττάγας (l. ἀττταγᾶς) unde mutilata Etymologi glossa expleri potest p. 167. Sic reperitur ὁ ἀττταγᾶς Aristoph. Vesp. 249. Avv. 249. 761 (eamque scripturam Aelianus H. An. IV, 43. et Etym. p. 167. ex Aristophane referunt) τῷ ἀττταγᾷ ap. Aelian. VI, 45. XIII, 25. τοὺς ἀττταγᾶς Aristoph. Acharn. 875. Atque haec forma cum superioribus, unde haec disputatio orsa est, omnibus rebus congruit; eademque etiam accentus varietas ὁ ἀττταγάς Athen. IX, 39, 432. οἱ ἀττταγαί Poll. VI, 52. ὁ ἀττάγας Aristoph. Fragm. Pelarg. III. 261. οἱ ἀττάγαι Athen. IX, 39. 431. τοὺς ἀττάγας Aelian. H. A. XV, 27. Athen. IX, 52, 462. XIV, 53, 343. Sed iam circumstrepit nos multicolor et multisona Nephelococcygiae turba, ἔλεᾶς paludicola, milvinus ἔλασᾶς, atque ille sollertissimus humani oris imitator *σίττας* s. *παπαγάς*. Nam quem veteres Graeci *ψιττα-*

Menagius ad Diog. La. IX, 114. et Kusterus ad Suidan s. Ἄττης. suo nomine protulerunt

[7] Huic similis est φαττάγης (sic) cuius quartum casum φαττάγην Aelianus usurpat.

κόν s. ψιττακήν, et vulgus σίτταν dixit, hunc devexa ad interitum Graecitas παπαγάν, praecipitata παπάγαλλον nominavit. In Canon. prosod. ab Hermanno editis p. 433. τὰ εἰς ᾶς περισπωμένως ἀναγκαίως ἔχει τὸ ᾱ. μακρόν, ἀλλᾶς, Ἡρᾶς, βορᾶς, πελεκᾶς, φλασκᾶς. Levis hic macula delenda est, φλασκᾶς errore scriptum pro φασκᾶς, quod est avis nomen ex anatino, ut videtur, genere, specie ignota. cf. Gesner l. c. III, p. 102. Aldrovandi Ornith. XIX. p. 89. quae Callimacho ἡ βάσκα dicitur, Athenaeo βασκάς, βασκάδος, quo mihi in memoriam venit Menandrei vocabuli Δακνᾶς, quod ubi in femininum genus transit, eandem speciem induit: Dacnades enim dictae sunt aviculae quaedam, morsu vellicantes.

C. A. Lobeck.

IV.

Miscella critica

in aliquot loca scriptorum Graecorum.

A.

Ἐσμὸς μελίσσης ap. Athen. X. p. 432.

"In Euripid. Bacchis 710. *Γάλακτος ἐσμοὺς εἶχον* Brunck. proponit *Γάλακτος εἶχον νάματ'*. *Ἐσμοὺς* satis tuetur Philostratus Vit. Soph. I, 19. p. 511. *Ἐσμὸν μελίσσης* pro *melle* dixit Epinicus, Athen. X. p. 432. c. Si probabilem coniecturam adferre voluisset Brunckius, *νασμοὺς γάλακτος* proposuisset. Sed nihil opus esse ex locis citatis clare patet. *Σοφὸς καὶ ἐσμὸς σοφίας*, Themist. XXIX. p. 346. D." Sic Porsonus in Advers. p. 235. ed. Lips. *Ἐσμοὺς* in Eurip. Bacchis 710. satis tueri Philostrati locum, et in Epinici versu, *Ἐσμὸν μελίσσης τῆς ἀκροκόμου* [τὸν] *γλυκὺν*, agi de *melle*, non de *apibus*, cum viro *κριτικώτατῳ* putamus. Sed, ut *ἐσμὸν μελίσσης* pro *melle* credamus dixisse poetam, numquam nobis persuaderi potest. Nam *μελισσῶν ἐσμὸς*

apud Graecos et poetas et prosarios, nihil aliud significat, nihil aliud significare potest, quam *apum examen*, v. Artemo in Epigr. II. Pausan. IX. 771. 793. Dion. Chr. Or. XL. p. 178. 5. (ap. Iacobs. Animadvv. in Athen. p. 326.), Aristoph. Vesp. 1102. Xenoph. Hist. III, 2, 20. Geopon. XV, 2, 14. XV, 4, 2. Aelian. V. H. X, 21. Aristot. H. A. IX, 27. Hes. Phot. Suid. Zonar. I. Poll. I, 254. Phavor. Etym. M. p. 383. 9. (ubi pro θεσὸς cum Valck. Ep. ad Röv. p. 47. corrige, θεσμὸς καὶ ξεσμός,) et Hellad. in Meursii Opp. T. VI. p. 332. Phrynichus Σοφ. Προπαρ. in Bekkeri Anecdd. Gr. T. I. p. 37., Ἔσμος μελισσῶν καὶ σμῆνος μελισσῶν, ἄμφω δόκιμα: v. Dorv. ad Charit. p. 306. Ἐσμός, ut *Examen* apud Latinos, interdum metaphorice ponitur de *numero*, ut Ἐσμὸς γυναικῶν, Aristoph. Lys. 353. τέκνων, Antip. Sid. 43: ἐραστῶν, Platonis Epigr. 7. et Ἀδ. 337.: οἰκετῶν, Chrysost. T. VI. p. 703. ὀφίων, Oppian. K. II, 257.: καμπέων, Lycophr. 414. ubi Müllerus: — "In Lexico Schneideri κάμπη perperam e Lycophr. citatur, ut nomen singularis numeri, et cum κάμπη, *eruca*, confunditur, quum κάμπη sit pluralis a κάμπος, ut recte Reichard. in Indice, et ut e Schol. patet, (Κάμπη γὰρ τὰ κήτη,) quod κάμπος tamen in Lexicis adhuc deest." Idem vero vir doctissimus, sibi parum constans, in Indice suo habet: — "Κάμπη, (Reichard. male κάμπος,) Βρωθεὶς καμπέων (Ionic. pr. καμπῶν) γνάθοις, 414.") λόγων Plat. Polit. V, 2.: σωρὸς καὶ ἐσμὸς σοφίας, Themist. p. 345 D.: ὀνομάτων, Lucian. Lexiph. 17.: στεφάνων, Stat. Athl. 32. et 46.

in

in Anthol.: *κακῶν*, Porphyr. de Abst. II, 60. et poeta incertus ap. Ignat. Ep. ad Tarsens. p. 75 (ap. Toup. Emendd. IV. p. 156. Iacobs Anthol. IX. p. 205.: *παθῶν*, Porphyr de Abst. I, 34. Interdum, sed rarius, ponitur de quantitate, ut *ἐσμὸς γάλακτος* apud Euripidem, quem imitatus est Philostr. de V. S. p. 511. Quae quum ita sint, *ἐσμὸς* in Epinici versu nil aliud significare potest, quam vel *apum examen*, vel *mellis copiam*. Non de *apibus* ibi, sed de *melle* agi, docuit Casaubonus. Num igitur *ἐσμὸς μελίσσης* sonat mellis copiam? Immo vetat Graecae linguae ratio; nam *μελισσῶν ἐσμός*, ut supra nobis ostensum est, de apum examine tantum usurpatur. Vetant et verba Epinici; nam *μελίσσης ἐσμὸς γλυκὺς* pro *ἐσμὸς μέλιτος γλυκέος*, *copia dulcis mellis*, tam dura est phrasis, ut in nullo scriptore vel eandem vel eius similem reperire possis. Vetat denique ipse Porsonus; nam *ἐσμὸν μελίσσης* interpretatur non *copiam mellis*, sed simpliciter *mel*. Quis tamen unquam dixerit *ἐσμὸν μελίσσης* pro *μέλι*? Phrasis, *ἐσμὸς γάλακτος*, qua utuntur Eurip. et Philostr. ll. cc, nihil praesidii affert ad vindicandam lectionem *ἐσμὸν μελίσσης*. *Copiam lactis* recte dici *γάλακτος ἐσμὸν* nemo negabit; sed de loquutione, *μελίσσης ἐσμὸς* pro *μέλιτος ἐσμός*, utpote prorsus nova atque inaudita, sive *copiam mellis* intelligamus, sive cum Porsono *mel*, omnes omnino dubitare debebunt, et, dum res exemplis firmetur, cum Iacobsio et Schweigh. pro *ἐσμὸν* reponendum censeamus *πεσμόν*, quae emendatio, ut videtur, Porsono ipsi non displiceret. Nam, loquens de Brunckii conie-

ctura ad Eurip. Bacch. 710.: *Γάλακτος εἶχον νάμασ'*, „si probabilem coniecturam," inquit, "afferre voluisset, *νασμοὺς γάλακτος* proposuisset." Vide nov. Thes. Gr. L. Fasc. II. p. 48. not. 3. p. 49. not. 1.

Ceterum Dorvillius l. c. ex Bibl. Coisl. p. 466. affert Phrynichi Arabii locum iam supra laudatum, *Ἐσμὸς μελισσῶν καὶ σμῆνος μελισσῶν, ἄμφω δόκιμα*, deinde addit, "nempe Grammaticis ambo vocabula *ἄθροισμα, σύστημα μελισσῶν*. Puto tamen *σμῆνος* prima notione potius esse *alveare, vas, ἀγγεῖον μελισσῶν*." Eustath. ad Il. *β*. p 178. 15.: — *Βούλονται δὲ οἱ νεώτεροι ἐπὶ μελισσῶν οὐκ ἔθνος λέγειν, ἀλλὰ σμῆνος· μάλιστα δὲ ἐσμὸν μετὰ δασέος πνεύματος, ὡς δηλοῖ παρὰ Ἀριστοτέλει ὁ ἀφεσμός· τὸ γὰρ σμῆνος, οὐ μόνον ἐπὶ πλήθους λέγεται μελισσῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ σίμβλον, ἤτοι τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὸ μέλι ἀποτιθέασιν αἱ μέλισσαι, σμῆνος καλεῖται.* Plane concinit notatio Philemonis in Lexico p. 69.: *Σμῆνος· οὐ μόνον ἐπὶ πλήθους λέγεται μελισσῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ σίμβλον, ἤτοι τὸ ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὸ μέλι ἀποτιθέασιν αἱ μέλισσαι, σμῆνος καλεῖται· καὶ ἐσμός, μετὰ δασέος πνεύματος, ὡς δηλοῖ [παρὰ Ἀριστοτέλει ὁ ἀφεσμός.* Sed quum *ἐσμός*, quod de *numero* saepe dicitur, interdum, ut patet ex Eurip. et Philostr., ponatur et de *quantitate* quo modo hunc sensum sibi asciverit, non videmus, nisi statuamus *ἐσμὸς* pariter ac *σμῆνος* prima notione esse *alveare*; vas enim, in quo suum mel recondunt apes, facile nobis suggerit vas lacti continendo aptum atque adeo copiam lactis.

Quod vero ad prosodiam vocis attinet, eam *με-*

τὰ ἄσσεος πνεύματος scribi vult Eustath, ex Aristot. afferens compos. ἀφεσμός, quod exstat in H A IX, 27. Sed ibi Schneiderus, quem fugit Eustathii locus, pro ὁ ἀφεσμὸς e Med. correxit ὁ αὐτῶν ἐσμός, cum quo, inquit, facit versio Thomae, et mox, pro τὸν ἀφεσμὸν scripsit τὸν αὐτῶν ἐσμόν, ex eodem Med. et eadem Thomae versione. Quum tamen Eustathius suo in exemplari ἀφεσμὸν repererit, amplius de hac lectione cogitandum videtur. Certe ἄφεσμὸς pro simplici ἔσμὸς tam mira est loquutio, ut vix eam sine corruptelae suspicione transmittere possimus. Porsonus quidem cum spiritu aspero ἑσμὸς scripsit; at in Xenoph. Plat. Aristoph. Lycophr. Oppiano, Aristot. Aeliano, Pausan. Philostr Themist Porphyr. et Luciano editur ἐσμός. In Photio male ἔσμος. In Hesychii Cod. Ven. ἐσμὸς scribi testatur Schowius, sicque editur in Etym. M., Suida, Zonara, (ubi tamen ἔσμός,) I. Poll Phavor. Helladio et Phrynicho Arab. In Euripide Matthiaeus edidit ἐσμούς, ut in Barnesii ed. legitur, sed perperam. Enstathium nihil moramur; nullum enim alium vocis per spiritum asperum scribendae auctorem affert praeter Acta tot., in quo ut diximus, pro vulgato ἀφεσμός, Cod. Med. habet αὐτῶν ἐσμός, cum quo facit Thomae versio.

Thetfordiae. *E. H. Barker.*

B.

Ἑσμὸς μελίσσης ad loc. eundem.

Neque lectoribus huius libri, neque ipsi Barkero, viro uti doctissimo, ita candidissimo, ingratum

fore arbitror, si his, quae ille solita diligentia disputavit, pauca addidero. Nam etsi in universum verissima mihi videtur attulisse, tamen est etiam, ubi ab eo dissentiendum putem. Contendit Barkerus, ἑαμὸν μελίσσης neque mel, neque copiam mellis, sed examen apum significare, non solum quia usus ita postulet, sed etiam quod tam durae sint istae metaphorae, ut nullo simili exemplo defendi posse videantur. De hac ipsa vero duritie tanto accuratius quaerendum puto, quo facilius exstiturum videor, qui ex ipsis vel Athenaei vel Epinici verbis excusationem allatum eat. Et Athenaeus quidem ita scribit: ἔπινον δὲ οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ, ὡς ὁ Δελφὸς Ἡγήσανδρός φησιν. Ἐπίνικος γοῦν, Μνησιπτολέμου ἀνάγνωσιν ποιησαμένου τῶν ἰσρριῶν, ἐν αἷς ἐγέγραπτο ὡς Σέλευκος ἀπηλφίτισε, γράψας δρᾶμα Μνησιπτόλεμον, καὶ κωμῳδῶν αὐτόν, καὶ περὶ τῆς πόσεως ταῖς ἐκείνου χρώμενος φωναῖς, ἐποίησε λέγοντα. Apparet ex his, illud egisse Epinicum, ut dictionem Mnesiptolemi rideret. Id magis etiam ex versibus ipsis Epinici intelligitur, quos emendatos hic ponam. Nam in tali causa non satis est, formulas dicendi ipsas spectari, sed videndum est etiam, qua mente quove consilio usurpatae sint: quae res cum scripturae emendatione coniunctissima est. Ita autem scribit Epinicus e persona Mnesiptolemi:

ἐπ' ἀλφίτου πίνοντα τοῦ θέρους ποτὲ
ἰδὼν Σέλευκον ἡδέως τὸν βασιλέα,
ἔγραψα καὶ παρέδειξα τοῖς πολλοῖς ὅτι
κἂν τὸ τυχὸν ᾖ πραγμάτιον ἢ σφόδρ' εὐτελές,

σεμνὸν δύναται τοῦθ' ἡ δύναμις ἢ μὴ ποιεῖν·
"γέροντα Θάσιον, τόν τε γῆς ἀπ' Ἀτθίδος
"ἕσμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκὺν
"συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ κυτῆς λίθου,
"Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν γεφυρώσας ὑγρόν,
"κατησίμωκα πῶμα καύματος λύσιν."

Iactat Mnesiptolemus artem suam res quamvis vulgares dictionis splendore ad eximiam magnitudinem et gravitatem extollendi. Cuius artis specimen edens, grande quiddam et tragoedia dignum sonare incipit: unde versus, quibus hoc specimen continetur, etiam numeris tragicis incedunt. Ex qua re intelligitur, corruptam esse vulgatam scripturam *ἀκρολόγου*, quam Barkerus, si tragicos hic numeros requiri animadvertisset, facile vidisset aliter quam addito ad *γλυκὺν* articulo corrigendam esse. Quod in epitome Ms. legitur, *ἀκρολόχου*, satis aperte monstrat, scribendum esse *ἀκραχόλου*; eamque ipsam scripturam in excerptis reperisse se testatur Casaubonus, nuper autem merito adscivit Iacobsius. *Γλυκὺν* quidem recte repositum puto pro *γλυκύ*, quod libri habent. Nam etsi etiam *γλυκεῖ*, quod ad *σκύφῳ* referretur, scribere potuit Epinicus, tamen concinnior videtur oratio, relato hoc nomine ad *ἕσμόν*. *Συγκυρκανήσας*, quod etiam Iacobsius posuit, emendatio est, nisi fallor, Schneideri in Lexico Graeco: nihili est enim vulgatum *συγκυρνανήσας*. Tum qui *πᾶν γε φυράσας ὑγρὸν* scribi voluerunt, neque quid inutilis particula *γὲ* sibi vellet, ostenderunt, neque animadverterunt tolli ea mutatione insolentiam dictionis, quam affectabat Mnesiptolemus, nec denique

cogitarunt, non pultem factam esse, sed paullum farinae adspersum vino. Aptissime vero Mnesiptolemus, suo quidem genere dicendi, *Δήμητρος ἀκτῆ πᾶν ὑγρὸν γεφυρῶσαι* dixit, si quidem iniecta farina vinum, ut aqua ponte, sternitur. Natat enim in superficie, donec hausto humore mergatur. Mersa qui vinum bibebant, et *ἀπαλφιτίζειν* dici potuere, et *ἐπ' ἀλφίτου πίνειν*, ut non magis in primo versu *ἀπ' ἀλφίτῳ* scribi, quam propter istud *ἐπ' ἀλφίτου* apud Athenaeum *ἐπαλφίτισε* reponendum esse videatur. In ultimo versu quod epitome Ms. dedit, *κατησίμωκα*, caeterorum librorum scripturae *κατησίμωσα* praetuli, quae nuper in *κατησίμωσε* mutata fuit, nescio an haud satis circumspecte. Multo enim credibilius est, Seleucum, quem *ἡδέως πίνοντα* viderat, a Mnesiptolemo introductum fuisse ita magnifice loquentem, quam ipsum Mnesiptolemum in tali re commemoranda isto genere dicendi usum esse. Hoc enim nimis ineptum fuisset: illud vero aliquid excusationis habebat, regem, bene sibi esse dicentem, in computatione ipsa paullo tumidius loqui.

Veniam nunc, quo volebam. Ridet quidem Epinicus Mnesiptolemum propter inflatum genus dicendi, verum non illud significat, dixisse eum, quae dici nequeant, sed hoc notat, quod in rebus exilibus tanto verborum strepitu abutatur. Itaque non conficeret rem, qui *ἐσμὸν μελίσσης* pro melle vel copia mellis a solo Mnesiptolemo, ut scriptore inepto, dictum contenderet. Sed cautius solvenda est haec dubitatio, videndumque, ne, si eadem ver-

ba in re gravi aptoque loco usurpata essent, nihil essent offensionis habitura. Quum autem duae interpretationes prostent, de utraque seorsum quaerendum est. Ac recte omnino negat Barkerus, ἑσμὸν μελίσσης posse copiam mellis significare: verum rationem huius rei vellem explicuisset vir praestantissimus. Nam usus ipse per se, licet plurimis exemplis confirmatus, non tantam habet vim, ut non etiam discedi aliquando ab eo possit. Est autem ratio, quam dico, haec. Verba, quae ad alias res transferuntur, quam in quibus propria sunt, non proprie intelligenda esse, ex eo apertum est, quod proprie intellecta inepta forent. Eodem modo, ubi propria sunt, proprie intelligi debere apparet: repugnaret enim, propria esse, et tamen non propria; translata esse, et tamen non aliud, sed ad id ipsum, unde translata sint. Veluti qui civitatem regunt, recte quis civitatis gubernaculum appellaverit: sed navis gubernatorem qui gubernaculum navis diceret, ineptissime loqueretur, et ut intelligi non posset. Vt alio et magis etiam aperto exemplo utar, caput partem primariam dici in re, quae proprie non habet caput, inter omnes constat. At quis sanus, in homine quid primarium sit, si indicare voluerit, ut cor, aut ipsum caput, id caput hominis esse dicet? Ex his evidentissime efficitur, ἑσμὸν μελίσσης, si haec verba per se spectantur, necessario examen apum significare, copiam autem sive apum sive mellis significare nullo modo posse. Idque in Epinici versu tanto minus fieri potest, quod apem

proprie dictam esse epitheton ei nomini additu arguit.

Sed dicatur nunc de altera interpretatione, q ἑσμὸς μελίσσης simpliciter mel significare dicit In hac nihil esse, quod reprehendi possit, stati ostendam. Sed qui eam protulit, Porsonus, lic hac in re non erraverit, at peccavit tamen in e quod permiscuit, quae discernere debebat. Na ἑσμοὶ γάλακτος et ἑσμὸς σοφίας comparari inter poterant, quia utrumque de copia dictum est, tran lata ad aliam rem significatione vocabuli. Ἑσμ μελίσσης vero comparari cum his non potest, qu non translate de copia, sed proprie de examine a cipienda sunt haec verba. Potuissent comparari, ἑσμὸν μέλιτος scripsisset Epinicus. Sed etsi non stinxit haec Porsonus, tamen recte ἑσμὸν μελίσσ mel interpretatus est. Nam ut paullo audacior ha translatio sit, at nihil continet, quod secum pugn ut altera illa. Facta enim translatio est, ut sae aliis in rebus, ab eo, unde quid gignitur, ad quod genitum est. Quod si omnino apem pro m le dici licet, quidni liceat etiam multas apes, a examen apum? In quo si copiae quaedam signifi tio inest, latenter inest, quia quo maior apum n merus, tanto maior etiam mellis copia. Atqui a nomine sine cuiusquam offensu de melle usus Sophocles in Oed. Col. 480.

O. τοῦ τόνδε πλήσας θῶ'; δίδασκε καὶ τόδε.

X. ὕδατος, μελίσσης· μὴ δὲ προσφέρειν μέθ

Quae quum ita sint, sic statuendum erit, eti ἀpud Epinicum ἑσμὸν μελίσσης, ut ubique, exam

apum significare: qui si dulce mel dulce examen incundae apis vocavit, ἑσμὸς proprie, translate autem μέλισσα dicitur: quae translatio si nec vitiosa neque inusitata est, coniuncta utraque voce nihil nisi magnificentior haec est, et cum quadam copiae significatione consociata mellis descriptio: quae si in re gravi usurpata esset, ut ubi Aeschylus in Persis

τῆς ἀνθεμουργοῦ στάγμα παμφαὲς μέλι

commemorat, laudaretur fortasse nunc autem, ad rem exilem adhibita, subtumida est et pene ridicula, licet vel sic minus reprehendenda, quam quem in eadem Mnesiptolemi oratione videmus γέροντα θεῖον, vere illum isto, quod supra tetigi, vitio laborantem.

Caeterum ad verbum ἑσμὸς quod attinet, id si cum leni spiritu scribi ur, usui hoc cuidam tribuendum puto, sed ei nescio an pravo. Non enim dubitandum videtur, quin hoc nomen a verbo ἕζω derivatum sit, quod apes conglobatae adhaerescere alicubi et considere solent. Tantum abest autem, ut Eustathii testimonium repudiari velim, ut nomen ἄφεσμός, quod ille ex Aristotele affert, in maxime genuinis numerandum censeam. Quod nomen sane non potest idem significare, quod ἑσμός: verum significat etiam aliam rem. Verba Aristotelis IX, 27, 6. haec sunt: οἱ δὲ βασιλεῖς οὐ πέτονται ἔξω, ἐὰν μὴ μετὰ ὅλου τοῦ ἑσμοῦ, οὔτ' ἐπὶ βοσκήν, οὔτ' ἄλλως, φασὶ καὶ ἐὰν ἀποπλανηθῇ ὁ ἀφεσμός, ἀνιχνευούσας μεταθεῖν, ἕως ἂν εὕρωσι τὸν ἡγεμόνα τῇ ὀσμῇ· λέγεται δὲ καὶ φέρεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἑσμοῦ, ὅταν πέτεσθαι μὴ δύνηται· καὶ ἐὰν ἀπόληται, ἀπόλλυσθαι τὸν

ἀφεσμόν. Quod Schneiderus dedit, ὁ αὐτῶν ἑσμός, et τὸν αὐτῶν ἑσμόν, vel propter inutile pronomen αὐτῶν non videtur admitti posse. Qui accurate consideraverit verba Aristotelis, facile intelliget, ἑσμὸν universe dici examen apum, ἀφεσμὸν autem, id quod plane cum ea, quam indicavi, origine vocabuli congruit, examen vagum, a principali examine, ut coloniam, digressum: idque ab Romanis proprie examen vocatur. Hanc dimissionem partis ἄφεσιν appellat Aristoteles eodem capite segm. 11. et 13. et lib. V, 18, 1., ubi quod scribit, τότε καὶ ἑσμοὶ ἀφίενται πλεῖστοι, nihil est nisi descriptio ἀφεσμῶν. Iuvabit cum iis, quae supra posui, etiam haec verba comparasse, IX, 27, 13: οἱ δὲ βασιλεῖς αὐτοὶ μὲν οὐχ ὁρῶνται ἔξω ἄλλως ἢ μετ' ἀφέσεως. Nam quos hic dicit cerni μετ' ἀφέσεως, hi sunt ipsi, quos illic ἡγεμόνας τῶν ἀφεσμῶν vocat. Quid multa? Ipse Aristoteles, quid sit ἀφεσμός, ipsa illa voce usus evidentissime declarat IX, 29. his verbis: ποιοῦσι δὲ τὸ σμῆνος ὑπὸ γῆν αἱ ἀνθρῆναι, ἐκφέρουσαι τὴν γῆν, ὥσπερ οἱ μύρμηκες: ἀφεσμοὶ γάρ, ὥσπερ τῶν μελιττῶν, οὐ γίγνεται οὔτε τούτων, οὔτε τῶν σφηκῶν, ἀλλ' ἀεὶ ἐπιγιγνόμεναι νεώτεραι αὐτοῦ μένουσι, καὶ τὸ σμῆνος μεῖζον ποιοῦσιν, ἐκφέρουσαι τὸν χοῦν. Itaque loci illius, quem supra posui, haec sententia est: regem non evolare nisi cum universo examine; quod si examen vagum a duce suo forte dissociatum sit, investigari eum invenirique odore; eundem, si volare nequeat, portari ab examine; mortuo autem perire examen vagum, quod cum eo evolaverit, relicto in alveari examine principali.

Lipsiae. *God. Hermannus.*

C.

1. *Alcman restitutus.*

Latet inter Antigoni Carystii Mirabilia c. 27. insigne Alcmanis fragmentum, quod Welkerus, qui praestantissimi poetae reliquias nuper collegit, non bene emendavisse videtur. *Τῶν δὲ ἀλκυόνων*, Antigonus inquit, *οἱ ἄρσενες κηρύλοι καλοῦνται Ὀνῶν οὖν ὑπὸ τοῦ γήρως ἀσθενήσωσι καὶ μηκέτι δύνωνται πέτεσθαι, φέρουσιν αὐτοὺς αἱ θήλειαι ἐπὶ τῶν πτερῶν λαβοῦσαι. Καί ἐστι τὸ ὑπὸ τοῖ Ἀλκμᾶνος λεγόμενον τούτῳ συνῳκειωμένον· φησὶν γάρ, ἀσθενὴς ὢν διὰ τὸ γῆρας, καὶ τοῖς χοροῖς οὐ δυνάμενος συμπεριφέρεσθαι οὐδὲ τῶν παρθένων ὀρχήσει·*

Οὔ μ' ἔτι, παρθενικαὶ μελιγάρυες ἱερόφωνοι,
γυῖα φέρειν δύναται. Βάλε δὴ βάλε κηρύλος εἴην,
ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται
νηλεὲς ἦτορ ἔχων, ἁλιπόρφυρος εἶαρος ὄρνις!

Welkerus, Fragm. XII., scripsit *ποτᾶται*, quod non est necessarium, et, post alios editores, divisim *ὅς τ' ἐπί*, pro quo malim omnino *ὅστ' ἐπί* Mox *νηλεὲς* delevit, quod sensu caret, et Photii Lexicon sequutus, rescripsit *ἀδεές*: optime quidem ad Lyrici mentem; sed *ἀδεὲς* est scholium. Antigonus, quod non animadverterunt viri doctissimi, Casaubonus ille ad Athenaeum IX. c. 16., Niclasius, Welkerus, alii, ipsam poetae manum exhibet, modo paullulum adiuvetur, et pro *ΝΗΛΕΕΣ* reponamus *ΝΗΛΕΕΣ*, mutatione levissima. De adiectivis cum particula privativa *νη* compositis videndus Fischerus, qui ad Weller. T. 3. p. 241. loca grammaticorum et aucto-

rum exempla diligenter excitavit. Νηδεὲς scholiasta quum interpretaretur, ad marginem ἀδεὲς scripserat et glossa, ut fieri solet, in textum irrepsit, atque vocis ποιητικωτέρας et legitimae locum occupavit. Notandum insuper ἀδεὲς metro prope adversari; ea pronuntiandum saltem foret vel scribendum, quod nunc exhibent Homerici codices, ἀδδεές.

2. *Plutarchus, Fronto, Poeta anonymus, Pseudo-Theano emendantur.*

Laborat auctor gravissimus, in libello de utilitate ab inimicis capienda p. 88. B. mendo nondum quod miror, animadverso. Verba paullo prolixiora describam, ut sententiarum quis sit nexus appareat. *Εἰ θέλεις ἀνιᾶν τὸν μισοῦντα, μὴ λοιδόρει κίναιδον μηδὲ μαλακόν, μηδὲ ἀκόλαστον, μηδὲ βωμολόχον, μηδ' ἀνελεύθερον, ἀλλ' αὐτὸς ἀνὴρ ἴσθι, καὶ σωφρόνει, καὶ ἀληθεύε, καὶ χρῶ φιλανθρώπως καὶ δικαίως τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ἂν δὲ λοιδορῆσαι προαχθῇς, ἄπαγε ποῤῥωτάτω σεαυτὸν ὧν λοιδορεῖς ἐκεῖνον· ἐνδύου τῇ ψυχῇ περισκόπει τὰ σαθρά, μή τις καὶ σοί ποθεν ὑποφθέγγηται κακία τὸ τοῦ τραγῳδοῦ,*

ἄλλων ἰατρός, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

Ἂν ἀπαίδευτον εἴπῃ σε, ἐπίτεινε τὸ φιλομαθὲς ἐν σεαυτῷ καὶ φιλόπονον· ἂν δειλόν, ἔγειρε μᾶλλον τὸ θαρσαλέον καὶ ἀνδρῶδες κτλ. Luce lucidius est verbis εἴπῃ σε sententiarum ordinem et consequentiam prorsus turbari. Lege omnino: *ἂν ἀπαίδευτον εἴπῃς ἐπίτεινε κτλ.* Modo dixerat: *ἂν δὲ λοιδορῆσαι προαχθῇς, ἄπαγε ποῤῥωτάτω σεαυτὸν ὧν λοιδορεῖς) ἐκεῖνοι*

lam praeceptum exemplis confirmans, addit: ἂν ἀπαίδευτον εἴπῃς, cave ne ipse indoctus esse videaris. Nunc omnia apte et belle cohaerent: εἴπῃ σε sententiam faciebat hiulcam et pendulam, nec sibi constantem. Corruptionis origo est aperta: quum scripsisset librarius imprudens ΕΙΠΗ ΣΕΠΙΤΕΙΝΕ, fuit alius male sedulus qui corrigeret ΕΙΠΗ ΣΕ ΕΠΙΤΕΙΝΕ. Similiter apud Frontonem p. 39. 17. edit. Berol. pronomen σὲ natum videtur e perperam divisis elementis: θηρίου δίκην ὑπὸ λύττης εὐθύ σε ἴοιτο ἂν καὶ βαίνειν προθυμοῖτο μηδὲν αἰδούμενος. Scribendum forsan εὐθὺς ἐφίοιτο ἄν. Quod restitui Plutarcho εἴπῃς pro εἴπῃ, tollam poetastro ignobili Wernsdorfiano de S. Theodoro, v. 171.

κώνειον εἴπῃς ταῖς τροφαῖς ἐμμιγνύει.

Vertit editor: "cicutam, dicas, nutrimentis illum admiscere." *Dicas* et εἴπῃς nihil ad rem. Scribendum εἴ πῃ, *si forte, si quando*. Adscriptum ἰῶτα (εἴπηι) in litteram sibilantem abiit, de quo errorum fonte verbo monui ad Tiberium Rhetorem p. 38. Adde varietates lectionis notatas ad Strabonem t. 1. p. 6. Siebenk. et in Actis philologorum Monacensium t. 2. p. 24. In Themistio Angelus Maius p. 40. edidit, τῷ Διῒ τῷ Πισέως. Rescribendum fuerat, Πισαίῳ, quod miror non statim vidisse editorem, qui in nota locum sophistae alium protulit, his conceptum verbis: ὁ στέφανος παρὰ τῷ Πισσαίῳ Διΐ. Est praeterea in Πισέως permutatio vocalium αῑ et ε̄ frequentissima. Personata Theano Admirabili Eurydicae: οὐχ ὁρᾷς γὰρ ὅτι καὶ ἀκοή, ὅτε πλησθῇ ἡδονῆς ὀργάνου καὶ μουσικῆς μελῳδίας πληροῦται, ὅτε δὲ κόρος γένη-

ται ταύτη, αὐλοῦ ἐρᾷ καὶ δόνακος ἀκροᾶται ἡδέως. Locus est pessime scriptus, nec sanus fortasse: de letum velim πληροῦται, et ταύτης omnino scribi p ταύτῃ. Ceterum sensus est satis planus et vix assequ cur se tantum torserit Orellius: ὅτε δὲ est idei τῷ ὅτε καί, *et quando*. Totum ergo locum sic ve terim: "nonne vides et aurem, quando organi it cunditate et musica melodia impletur, quandoqu huius satietas illam cepit, tibiam iam amare et fistu lam lubenter audire?" In extrema epistola obite notabo restituendam ex Holsteniana editione artic lum τῶν ante οὐκ ἀγαθῶν. Pluscula omisit in ep stola sequenti Orellius, qui Graecos epistolographc minore quam par erat diligentia edidit. Scripsit The no Timaeonidi in Holsteniano exemplo: ἀλλὰ γίνω σκε πάλιν ὅτι, κἂν ἡμεῖς ἐπαινῶμεν, οὐδείς ἐστιν πιστεύων, κἂν σὺ διαβάλλῃς, οὐδείς ἐστιν ὁ ἀκούων Brevius Orellius: ἀλλὰ γίνωσκε πάλιν ὅτι, κἂν ἡμεῖ ἐπαινῶμεν, οὐδείς ἐστιν ὁ ἀκούων. In eiusdem Ep stola ad Euclidem medicum Holstenius edidit: εἰ μ ποτε τὸ ἧπαρ τῆς Θέρμης ἠλάττωται, εἰ μή ποτε ὀργα νικὴ σοι γέγονε βλάβη. At Orellius: εἰ μή τι ὀργα νικὴ. Nec lectorem de mutatione monuit. Nec mo nuit se in Epistola proxima ad Rhodopen περὶ τῶ τοιοῦδε σαφηνίσων ἀνδρὸς scripsisse pro περὶ τοῦ τ σ. ἀνδρός, et ἠεροφανὲς ἄστρον pro ἡμεροφαὲς ἄστρον Quod si quis id genus sophistas non dignos ess putaverit, qui novis editionibus describantur, equi dem, etsi non parum studii in iis conferendis a codices et illustrandis posuerim, non valde repu gnabo; non enim is sum, qui intus mihi multun

plaudam, nec facile poterit quisquam in nugas dicere plura meas ipse ego quam dixi. Attamen illos videre si cui fuerit propositum, et diligentiam et curam, et sedulam librorum tum manu tum typis descriptorum collationem adhibere eum oportebit.

3. *Aristophanis Acharnenses tentatae.*

In diverbio facetissimo Dicaeopolin inter et Lamachum versus me semper legentem moratur, hic qui vulgo est 1112, in Elmsleiana edit. 1113:

ὦνθρωπε, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ;

Sed quid sibi vult istud *προσαγορεύειν ἐμέ*? Nam in praecedenti versiculo,

ἀλλ' ἢ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομαι,

nulla est *προσαγόρευσις*. Librarios loco proprio versus quosdam movisse credo, quos ordine legitimo descriptos adponam:

ΛΑΜΑΧΟΣ.

ἔνεγκε δεῦρο τὼ πτερὼ τὼ 'κτοῦ κράνους.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

ἐμοὶ δὲ τὰς φάττας γε φέρε καὶ τὰς κίχλας.

ΛΑΜ.

1105. *καλόν γε καὶ λευκὸν τὸ τῆς στρουθοῦ πτερόν.*

ΔΙΚ.

1106. *καλόν γε καὶ ξανθὸν τὸ τῆς φάττης κρέας.*

ΛΑΜ.

1109. *τὸ λοφεῖον ἐξένεγκε τῶν τριῶν λόφων.*

ΔΙΚ.

1110. *κἀμοὶ λεκάνιον τῶν λαγῴων δὸς κρεῶν.*

ΛΑΜ.

1111. ἀλλ' ἢ τριχοβρῶτες τοὺς λόφους μου κατέφαγ

ΔΙΚ.

1112. ἀλλ' ἢ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκυν κατέδομ

ΛΑΜ.

1107. ὦνθρωπε, παῦσαι καταγελῶν μου τῶν ὅπλα

ΔΙΚ.

1108. ὦνθρωπε, βούλει μὴ βλέπειν εἰς τὰς κίχλα

ΛΑΜ.

1113. ὦνθρωπε, βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ;

ΔΙΚ.

1114. οὔκ· ἀλλ' ἐγὼ χὠ παῖς ἐρίζομεν πάλαι.

Iam sunt omnia facilia et apte coniuncta. Lamachus a Dicaeopoli compellari se indignati βούλει μὴ προσαγορεύειν ἐμέ, quippe qui verba ὦ θρωπε, βούλει μὴ βλέπειν εἰς τὰς κίχλας sibi di fuisse, ut erant revera, credere potuit. Praeter lepida est e proximo formulae, ὦνθρωπε, βούλ iteratio, quam haud dubie quaesivit poeta, ut pa e simili lusu in versibus alternis, καλόν γε καὶ λευκ καλὸν γε καὶ ξανθόν, ἀλλ' ἢ τριχοβρῶτες, ἀλλ' ἢ π δείπνου. Atqui versus 1108 et 1113 male fuisse terum ab altero divulsos haec una observatio sa ostendebat, et criticis poterat ad restitutionem toti loci viam munire.

Eiusdem fabulae versus 986 lacunulae indi signo foedatur:

** τῷδ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον· ἅμα καὶ μεγάλα δὴ φρον

Deest vocula trochaeum efficiens, fortasse πά τα, vel πολλά: illud melius, ob versum 976,

αὐτόματα πάντ' ἀγαθὰ τῷδέ γε πορίζεται,

cui

cuius sententiam longiore parenthesi interruptam illa verba, *πάντα τῷδ' ἐπὶ δεῖπνον*, redordiuntur. Et versum quoque lepidissimae fabulae 833. tentabo, ad quem videndus Muretus V. L. XII, 4.

ΔΙΚΑΙΟΠΟΛΙΣ.

καὶ χαῖρε πόλλ'.

ΜΕΓΑΡΙΚΟΣ.

ἀλλ' ἄμιν οὐκ ἐπιχώριον.

ΔΙΚ.

τὼυπραγμοσύνης νῦν εἰς κεφαλὴν τρέποιτό μοι.

Brunckius et Elmsleius *νυν* scripserunt, quod sententiam nullo modo iuvat, quae est valde impedita. Scripserim, mutata duntaxat interpunctione: *τὼυπραγμοσύνης. νῦν εἰς κεφαλὴν τρέποιτό μοι!* DIC. *Vive valeque multum!* MEG. *Sed valere apud nos moris non est.* DIC. *Oh loquendi intemperantiam! In meum iam vertat caput formula auspicatior!* Nihil expeditius; facetius nihil.

4. *Scholiastes Aristophanis nonnullis locis tentatus vel explicatus.*

De voce *λῆρος* in versu Pluti 23 haec notat scholiastes: *τινὲς δέ φασιν ἐσχηματισμένως εἰρῆσθαι ἀντὶ τοῦ λῆρος, ἤγουν μαντικός.* Quae verba non male sibi videbatur refinxisse Hemsterhusius hoc modo: *τινὲς δ. φ. ἐσχ. εἰρῆσθαι λῆρος ἀντὶ τοῦ μαντικός.* Sed et falsa est emendatio et violentior. Lege: *τ. δέ φ. ἐσχ. εἰρ. λῖρος, ἀντὶ τοῦ μανικός.* Permutatio litterarum *η* et *ι* adeo frequens est, ut correctionem hanc nemo non debeat amplecti. Hesychius:

ΑΤ.

μονάδα δὲ Ξέρξην ἔρημόν φασιν οὐ πολλῶν μέτα —

ΔΑΡ.

πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾶν; ἔστι τις σωτηρία;

ΑΤ.

ἄσμενον μολεῖν γέφυραν ἐν δυοῖν ζευκτηρίαν.

Blomfieldus, cuius textum exhibui, τελευτᾶν ait ad φασὶν pertinere, quod verum est. Sed oratio est impeditior, nec illo modo Darius ea dicere videtur quae dicere debuerit. Aliter velim interpungere:

πῶς τε δὴ καὶ ποῖ; τελευτᾶν; ἔστι τις σωτηρία;

qui autem et quo? mortuumne esse? an via superest salutis? vel:

πῶς τε δὴ καὶ ποῖ; τελευτᾶν. Ἔστι τις σωτηρία;

ut τελευτᾶν sit positum pro τελεύτα imperative, quem infinitivi usum, quo nihil est frequentius, nuper illustravi in Notitiis manuscriptt. Paris. t. X. II. p. 287. Narrationis ambages Darius ferre impatiens, et ad eventum festinans, Atossam abrupte iubet ut finem faciat remque breviter et uno fere verbo concludat: *qui autem et quo? — sit tandem narrationi finis. Estne sperandæ salus?*

Non multis inde versibus, quum fuisset invectus Darius in impiam Xerxis amentiam, qui

θεῶν δὲ πάντων ὤφετ' οὐκ εὐβουλίᾳ
καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν,

statim addit:

πῶς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν
εἶχε παῖδ' ἐμόν;

Abreschius proposuit πρὸς τάδ', formulam in tragicis

damatis non raram, et hanc correctionem recepe-runt Brunckius, Schützius, Blomfieldus. Porsonus quidem nihil immutavit; sed τάδε, id est κατὰ τάδε, valde languet. Malim πῶς τάδ'; *qui talia fieri potuerunt? nonne dementia filium cepit meum?* Et haec fuit olim H. Stephano mens, talia notanti: "Fortasse post πῶς τάδ' ponenda fuit interrogationis nota, ut sit πῶς τάδε; subaudito aliquo verbo. Sed propter apostrophum poni ea nota commode non potest." Quidni? fiunt et in apostropho maiora etiam silentia, personarum nempe mutationes. Exemplum praebet locus Acharnensium, quem attuli supra extremo §. 3; praebet et illud e Pluto diverbium v. 1053.

Τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερ'.

Εὖ μέν τοι λέγει.

6. *Isocratis Oratio adversus Sophistas cum codice collata. Diogenianus emendatur.*

Quum vir doctissimus Petitus Radelius, quem meis studiis faventissimum semper sum expertus, proximis hisce diebus codicem Graecum bibliothecae Mazarineae, cuius praefectura summa cum cura parique cum humanitate fungitur, mihi ostendisset, inspecto indice, Isocratis adversus Sophistas Orationem inter alia aliorum opuscula hoc in libro contineri intellexi; quumque illam ad edita exemplа recognoscere utile futurum esse credere me dicerem, statim vir optimus librum utendum benigne permisit. Is autem codex, qui numero A 86 insi-

gnitur, chartaceus est, omninoque recentissimus. Non laeta ergo et in tali scriptore et ex tali codice varietatum exspectanda seges; nonnulla tamen inveni non prorsus spernenda. Corayi, viri celeberrimi, textum in enotanda varietate sequutus sum.

P. 291. Corayanae §. 2. *Οἶμαι γὰρ ἅπασιν εἶναι φανερόν, ὅτι τὰ τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν οὐ τῆς ἡμετέρας φύσεώς ἐστιν.* Articulum *τό*, quo carent libri plerique, et quem sumpsit Corayus e Wolfiana et Battiana, Mazarineus liber non exhibet: et articulo quidem facile carere possumus. In Pluto v. 1151, pro

τί δέ γ' αὐτομολεῖν ἄστεῖον εἶναί σοι δοκεῖ;

Brunckius edidit e membranis:

τί δέ; ταὐτομολεῖν . . . .

et bene. Sed quod addit, articulum perperam in priori lectione esse omissum, quem certa loquendi ratio abesse non patiatur, non usquequaque verum videtur; et Hemsterhusii nota meliora ipsum docere poterat. Nuperrime tam Hermannus ad Vigerum p. 703. exempla articuli neglecti in similibus sententiis attulit; e poetis, fateor. Sed etiamsi negaretur apud prosaicos scriptores infinitum posse absque articulo nominascere, non inde sequeretur articulum in loco Isocrateo necessarium esse, ut vel contra codices sit restituendus: nam sic verba construenda esse credo: *ὅτι οὐ τῆς ἡμετέρας φύσεώς ἐστι τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν.* Sic §. 9: *Φημὶ γὰρ ἐγὼ τῶν μὲν ἰδεῶν, ἐξ ὧν τοὺς λόγους ἅπαντας καὶ λέγομεν καὶ συντίθεμεν, λαβεῖν ἐπιστήμην οὐκ εἶναι τῶν πάνυ χαλε-*

ἂν: ubi non comparet articulus ante λαβεῖν, nec comparere debet; nam haec est verborum syntaxis: ἐμοὶ γὰρ ἐγὼ οὐκ εἶναι τῶν πάνυ χαλεπῶν λαβεῖν. De omissione articuli cum infinitivo praepositioni iuncto alia est quaestio. Si quis Hermanno qui, ad Viger. p. 702, hanc omissionem ne Graecam quidem esse contendit, opponere velit Diogeniani verba ab editi VI, 7: Λέρνη κακῶν, ὡς Ἰλιὰς κακῶν· διὰ τοὺς Ἀργείους ἐκεῖσε ἐν τῇ Λέρνῃ τὰ καθάρματα βάλλουσι: illum moneo ut hoc argumento abstineat. Etenim idem ille codex Mazarin. Diogeniani Syllogen continet, et hoc loco meliorem praebet lectionem, ἐκ τοὺς Ἀργ. Diogenianus infra VIII, 13: Σχῖνον διατρώγειν, ἐπὶ τῶν καλλωπιζόντων ἑαυτούς· οἱ γὰρ τοιοῦτοι εἰώθασι σχῖνον διατρώγειν ἕνεκα τοῦ λευκοὺς ὀδόντας ἔχειν· παρόσον καὶ τοὺς σχινοτρώκτας ἐκάλουν· ubi reponendum omnino ἕνεκα τοῦ λευκούς, et inserendum τοιούτους ante σχινοτρώκτας, prout in eodem codice legitur.

P. 292, 4. Codex, ut Corayana et aliae plurimae, τὴν εὐδαιμονίαν. Et statim v. 6. γίνεσθαι, quod Corayanam lectionem asserit. — §. 4. Cod. αὐτούς, et mox ὁμολογοῦντας.

P. 293. §. 6. οὔτ' ἄν — οὐδ' ἄν, quod editorem morari fortasse non debuit.

P. 293. §. 7. Θαυμάζω δὲ ὅταν ἴδω τούτους τῶν μαθητῶν ἀξιουμένους, οὓς ποιητικοῦ κράγματος τεταγμένην τέχνην παράδειγμα φέροντες λελῆθασι σφᾶς αὐτούς. Corayus τῶν expungere voluit, nec mihi placet articulus. Codex Mazarineus, τούτους τοὺς τῶν μαθητῶν ἀξιουμένους: quam lectionem et Co-

rayanus liber habet e correctione. Sic scriptus si re posse locus videtur: τοὺς τῶν μ. ἀξ. erit appo tio ad τούτους. Verba, ποιητικοῦ πράγματος, et τ ταχμένην τέχνην, Scholiastes in margine explicat e dem quo Halensis editor modo: *Ποιητικὸν πᾶγ καλεῖ τὴν ῥητορικήν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν κδ στε χείων ἣν καλεῖ τεταγμένην τέχνην.*

P. 294, 13. Cod. οὗτοι δεόμενοι. — §. 8. Co τοὺς τοιούτους τεχνικωτέρους. Et statim, πρὸς τὸ ζ ubi Corayi viri praestantissimi emendationem, π τὸ ζητεῖν, nondum tam necessariam esse quam i geniosam persuadere mihi potui.

P. 295, 1. Cod. τοῖς εἰδόσι τί περὶ αὐτῶν: et alia obtulerunt ἀντίγραφα. — v. 11. Cod. τὰ μὲν οὖν ἀκριβῶς οἰόντ' εἶναι διελθεῖν, ut Corayanus lib et Langianus.

P. 295, §. 11. οἱ πρὸ ἡμῶν γενόμενοι. Schol stes in margine: *Τισίαν καὶ Κόρακα λέγει τοὺς Σ ρακοσίους, καὶ Γοργίαν καὶ Θρασύμαχον, οὐ πρῶ ῥητορικὰς τέχνας ἔγραψαν.*

7. Theophrasti Characteres tentati.

Cap. II. ubi adulator depingitur: καὶ πορε μένου πρός τινα τῶν φίλων, προδραμὼν εἰπεῖν, "πρὸς σὲ ἔρχεται", καὶ ἀναστρέψας, ὅτι "προσήγγελκ Ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι νατὸς ἀπνευστί. Adverbium hoc ἀπνευστὶ loco c disse videtur, et reponendum post προδραμών, post ἀναστρέψας.

Cap. V. καὶ τοῦτο (αὐλίδιον παλαιστρικὸν)

χρᾶν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, τοῖς σοφισταῖς, τοῖς μάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς, ἐπιδείκνυσθαι· καὶ αὐτὸς ἐπιδείξεσιν ὕστερον εἰπεῖν ἐπὶ τῶν θεωμένων ἕτερον ὅτι "τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα." Varie fuit parum feliciter tentatus hic locus. Propono: ἐπιθαι, καὶ οὕτως ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν ἕτερον τῶν θεωμένων πρὸς ἕτερον ὅτι . . . Pendent ab bandito verba ἐπιδείκνυσθαι et εἰπεῖν: οὕτως mutatio est facillima, nec difficilis proxiἕτερον pro ὕστερον: ἐπὶ deleo ex εἰπεῖν natum.

C. VI. Homo ἀπονενοημένος potest ἐν θαύμασι χαλκοῖς ἐκλέγειν καθ' ἕκαστον παριών, καὶ μάχεται τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι καὶ προῖκα θεωρεῖν βούσι. Nihil in his mutandum, quippe quae sunt nissima. Sed nescio an τὸ σύμβολον recte Casaubonus intellexerit de tessera a praestigiatoribus da, quam qui ferret gratis spectabat. Articulus τὸ explicationi non parum nocet. Credo equidem σύμβολον idem esse Aristophaneo illi in Pluto 78:

ὁ δὲ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν.

Unicuique iudicum Atheniensium lamina aerea daba, qua eius nomen et demus et tribunal in quo sebat, notabantur, quamque vocabant δέλτον, et χαλῶν, et πινάκιον, et πινακίδιον et σύμβολον. Ius go fuit iudicibus; si hunc Theophrasti locum reinterpretor, ostenso τῷ συμβόλῳ, gratis spectare. ἀπονενοημένος autem iste ardelio, insulse satagens, dicibus, qui τὸ σύμβολον, officii sui signum, ferant, aditum vult praecludere: Et ferebant, puto, collo suspensum; nam lamina iudicialis, non

multis abhinc annis in agro Attico reperta, quae que doctissimo commentario illustravit Akerbladius vir eruditissimus et amicissimus, foramen habe quo resticula potuit inseri.

Cap. IX. extr. Ἀναίσχυντος homo se lavat ipse balneatori, εἰπεῖν ὅτι λέλουται, ἀπιών· κἀκεῖ οὐδ μία σοι χάρις. Etiam hic locus variis fuit emendatic nibus sollicitatus. Proponam et ego meam, facilen saltem, si non certam: εἰπεῖν ὅτι λέλουται, κα ἀπιὼν κράζει "οὐδαμία σοι χάρις."

8. *Poetae apud Plutarchum, Plutarchi ipsius scriptura emendatur. Theocritus tentatur, explicatur.*

Ἡ βροτῶν τ' εὐπραξία
τῶν τὰ ἐλάχιστα γίνεται λυπουμένων.

Sic scripti leguntur hi versus in Plutarchi edi tionibus, qui illos recitat sub finem libri de audien dis poetis; mirorque neminem reposuisse quod ei reponendum, τῶν τἀλάχιστα. Cetera integra sun quod moneo ne cui lascivientis Reiskii nomen frau di sit. Idem ille Reiskius verum vidit, sed negle xit, in loco alio Plutarchi levissime corrupto:

Ὅτῳ δ' ἔρωτος δῆγμα παιδικὸν προσῇ,

μάτριος, Plutarchus ait de Progressu p. 77. C, ἀε aει φανείη καὶ πρᾶος ἐν τῷ παρεῖναι καὶ συμφιλο σοφεῖν· ὅταν δ' ἀποσπασθῇ καὶ χωρὶς γένηται, θε φλεγόμενον καὶ ἀδημονοῦντα. Vocabulum θεῷ, as tam evidenter vitiosum, legitur adhuc in editioni

, etiam in praestantissima. Reiskius proponit , imperativum *θεῶ* respuens. Equidem hoc ice verum esse puto. In manuscriptis glossema- , *βλέπε, ῥῆμα ἀντὶ τοῦ βλέπε καὶ νόει*, indicant, rbum hic esse legendum imperativum, non fu- rum; quid autem propius ad *θεῷ* accedit quam ? Quod tempus, etsi non ubique obvium, be- Graecum est, olimque (ad Philostr. p. 421.), nec me pœnitet, Synesio restituendum esse mo- i, pro activo *θέα*. Item unus apex in Theocriti yllio primo valde impedita reddit verba Priapi ad aphnidem:

ἦνθ' ὁ Πρίηπος,
ὥρα· Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἃ δέ τε κώρα
πᾶσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται,
(Δρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς)
ζαλοῖσ' · ἃ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμάχανος ἐσσί.

Distinguendum puto plene post *φορεῖται*: tum scri- endum, *ζαλοῖς*; *esne zelotypus?* vel, *ζαλοῖς!* Sic nnia apte quadrant. Hanc emendationem, quam idem inveneram, ante me vulgavit Th. Briggsius, qui et eam invenerat, nec me mei pœnitet, cui um viro ingeniosissimo convenit. Sed et scribit *ἃ θ' ὅτι κώρα*, pro *ἃ δέ τε κώρα*, mutatione prorsus inutili. Addam observationem aliam de Theocrito.

In Idyllio vigesimo sexto, quod Hymnum vel Hymni partem esse fere crediderim, Ino, Autonoë et Agave narrantur sacra imposuisse altaribus:

ἱερὰ δ' ἐπ κίστας πεπονημένα χερσὶν ἑλοῖσαι,
εὐφάμως κατέθεντο νεοδρέπτων ἐπὶ βώμων,

Haerent annotatores in explicando participio πεπαμένα, et nuper Graefius, vir doctissimus, correctionem proposuit, quum interpretationem probabilem non reperiret. Locus mihi quidem facilis videtur, modo syntaxis verborum recte instituatur. Etenim non iungenda, ut assolet, vox χερσὶν cum ἔλοῖσαι, sed cum πεπαμένα. In his Dionysiorum initiis Cadmi filiae propriis manibus res mysticas elaboraverant, nec piam hanc curam alienae voluerant industriae credere. Versum alium eiusdem Idyllii circa finem non bene reddidit vulgatus interpres Latinus:

χαίροι μὲν Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ ποφόεντι
Ζεὺς ὕπατος μεγάλῃ ἐπιγουνίδι θήκατο λύσας

quem Iupiter in magno femore posuit, a matre solutum. Λύσας non intellexit: vertere debuerat, *illa* (femur nempe) *solvente*, vel *illo soluto*. Palmerius olim et nuper Graefius verba melius struxerunt nempe: ὃν Ζ. θήκατο ἐν Δρακάνῳ, μεγ. ἐπιγουνίδι λύσας: et Graefius quidem ostendit in Dracano monte Bacchum fuisse depositum. At cum Homerus cecinerit Od. ρ. 225,

Καί κεν ὀρὸν πίνων μεγάλῃ ἐπιγουνίδι θείτο,

facile potuit interpres credere a Theocrito quoque verba ἐπιγουνίδι θήκατο iuncta fuisse, quae tamen dividit, atque etiam θήκατο alio posuit sensu. Quae licentia in imitando sumenda est pudenter. Etenim quum formulam ex auctore notissimo mutuamur, et notus verbis sensus et ordo relinquendi sunt; nam e mutatione oritur obscuritas, quum al

et esse debeat lectoris mens, qui fontem loquutionis meminit, alia imitatoris. Ceterum et ante Palatinum Graefiumque Andreas Divus Iustinopolitanus verterat ad sensum optime: *Gaudeat quidem Dionysius quem in Dracano nivoso Iuppiter eximius magnum femur posuit solvens.*

9. Glossematis insititiis liberantur Plutarchus et Longinus.

Nonnunquam e textu scriptorum editores verba eiecerunt ut scholia, quae non erant scholia; et alibi quae re vera sunt scholia, reliquerunt. Plutarchus sic editus legitur Vit. Artox. c. 28. extr. etiam in Corayana: *Κυπρογένεια δ' οὐ πάμπαν ἀναίτιος, ἡ τῆς Ἀσπασίας ἀφαίρεσις.* De extremis silent interpretes, quos habeo ad manum. Equidem litura corrigenda esse duco illa verba, *ἡ τῆς Ἀσπασίας ἀφαίρεσις.* Ineptum non sunt Plutarchi neque illius loci; quippe quae fuerant a librario quodam adscripta lemmatis vice e regione capitis praecedentis, ubi narratur qua arte Artoxerxes Aspasiam *ἀφείλετο.*

Longinus quoque, vel quilibet alius auctor fragmenti octavi inter Weiskii Longiniana p. 194. §. 3. scholio male in textum illato liberandus est: *οἷά φησι ἡ παρ' Ὁμήρῳ ποίησις μὴ παρὰ φαῦλον ἡγησαμένῳ τοῦτο ἐν εὐτελείᾳ ἀναγνωστέον ἐν εὐτελεῖ.* Weiskius illa securus omnino facere potuit Latina, nec vidit verba, *ἀναγνωστέον ἐν εὐτελεῖ*, notulam esse critici cuiusdam, monentis pro *ἐν εὐτελείᾳ legendum esse ἐν εὐτελεῖ*, idcircoque e textu omnino eliminanda.

Parisiis. *I. Fr. Boissonade.*

D.

Anthologiae, ante Iacobsium ineditae epigrammata tria correcta. [1])

Ad Huschkii Analecta crit. in Anthol. Gr.

Pag. 202.

Λεωνίδου Ταραντίνου.

Νύμφαι ἐφυδριάδες, δώρου γένος, ἀρδεύοιτε
τοῦτον Τιμοκλέους κᾶπον ἐπεσσόμεναι·
καὶ γὰρ Τιμοκλῆς ὔμμι, κόραι, αἰὲν ὁ καπεὺς
κάπων ἐκ τούτων ὥρια δωροφορεῖ.

"Mihi quidem versus 1. integer esse, nec medicina indigere videtur, modo observetur, primam positionem *δώρου* non esse *τὸ δῶρον*, sed *ὁ Δῶρος* nomen proprium. Quis autem sit hic Dorus, non tam liquet. Si sit Dorus, Neptuni filius, qui in

---

[1]) Ex schedulis *Niclasianis*, nuper cum *I. H. Huschkii* communicatis a *F. Hülsemanno*, qui illas a. 1802 diplomatica fide descripserat. Eademque fide his chartulis insertae pure redduntur verae emendationes, quarum alteram *Huschkius* in epistola ad nos data merito vocat palmariam, reliquas duas a N. occupatas suopte ingenio invenit etiam Iacobsius, cuius novum opus, tantopere antehac desideratum, cf. T. II. l. IX. v. 329. T. I. l. VII. v. 2*. T. II. l. IX. v. 814. Tale autem quum inspicimus reliquias magistrorum scholasticorum subit animum indignatio de sorte doctorum hominum, qui privatim sibi et publice longe minus quam pro ingenio et doctrina utiles vixerunt, quod provincia ipsis evenisset, quae cogeret in crebra repetitione vulgatarum rerum desudare, nec caretque a novarum et exquisitiorum indagatione. *ED.*

Doride regnavit, unde populi Dorii appellati sunt, Nymphae fontanae seu fluviatiles, Dori filiae, *aquae* sunt *Doricae*, i. e. fons, fluvius, lacus, stagnum Doridis, prope hortum Timoclis; quibus et convenit dialectus. Sed potest et alius Dorus fontem immisse, puteum fodisse, aut ductum fecisse aquam, euripum, piscinam cett., quibus auctoris nomen haeserit; ut Genes. 26. Ioann. 4, 6. Theocrit. Id. 7, 6. Quin, si quis Dorus aquas loci illius animi causa frequentavit, hoc ipsum celebre ad posteros illis nomen eius dare potuit, ut Vitebergae est *Luthers-Brunn.*"

P. 208.

Ἀδέσποτον.

Εἰς τὸν Ὅμηρον.

καὶ βαιὸς ὁ τύμβος, ὁδοιπόρε, μή με παρέλθῃς,
ἀλλὰ κατὰ στίχας ἴσα θεοῖσι σέβου·
τὸν γὰρ Πιερίσιν τιμώμενον ἔξοχα Μούσαις
ποιητὴν ἐπέων θεῖον Ὅμηρον ἔχω.

"V. 2. κατὰ στίχας leg. κάτω ψυχάς, *Manes*, animos sepultorum, *inferos*. Οἱ κάτω θεοὶ dixit Diodorus Siculus p. 103. et κάτω, *apud inferos*, Aristophanes, Aeschines Socrat. etc."

P. 277.

Εἰς λουτρόν.

Νύμφαι Νηϊάδες, μετανάστιοι, οὐχ ἅμα πάσας
ἤξειν ὠϊόμην χώμασιν ἡμετέροις·
εἰ δὲ τόσην τὸ λοετρὸν ἔχει χάριν, οὐδὲν ὀνήσει
ὁ φθόνος, εἰ Νύμφαι πᾶν ἀπέλειπον ὕδωρ.

"V. 2. ἤξειν l. εἴξειν, *cessuras esse.*"

"P. 102. wird Philemonis Lexicon Techn cum Ms. angeführt, daraus auch Villoison zu . lonii Lexicon Homericum mehrmals ganze A mitgetheilt hat, die aber fast alle wörtlich in *Varini Phavorini* Dictionario stehen; doc dafs der eine aus dem andern verbessert w kann. So wie hier das Ms. das letzte Wort f haft *Περδικιόνης* angiebt; Varinus aber v. *λαγω μόνον καὶ πτὼξ* — — richtig *Περδικίδης* hat.

E.

Solonis fragmentum emendatum, documento quam saepe inania sensuque care textis eiicienda sint.

In versibus iis, quos inter Solonis reli primo loco posuit Brunkius Gnom. p. 73, malun tium olim insederat, posthac Meibomii peiore rectione oblitteratum. Inde in nuperis editio Gnomicorum, etiam in Oxoniensi et Lipsiens gitur *καὶ μεταποίησον λιγέως ταδί*, antea ap. Laert. I, 2, 13, ubi fragmenti sedes est, sine s et metro legebatur *ἀγυιὰς τάδε*. Aliud, quo duobus codd. Diogenis affertur, *ὄγδοα ἐς τ* vanum commentum est, ductum ex seq. *ὀγδο ταύτῃ*. Latino interpreti, qui vertit *celeriter*,

d

---

2 Agitur de libro tum inedito, qui nuper demum *Burnetii* cura luculentis typis descriptus prodiit: *Φιλή Λεξικὸν τεχνολογικόν*. Ex bibliotheca Parisiensi. Lo mai. MDCCCXII. 8.

...ie ταχέως in mentem venerat, particula h. l. ...tilis. Rectius H. Stephanus, quum corruptum ...deste servasset, aliud sub isto latens quaerebat, ...frustra. Id vero vocabulum erat τάγυρι, ra... illud quidem, at vetustioris Atticismi auctori... usitatum. Docemur hoc a Suida aliisque Lexi...graphis, qui ad τάγυρι i. e. ἐλάχιστον, Germanis ...ein bischen (bisschen, bitschen): cf. Hesychii ...ssus, σαγύριον et ταγύρια, quod posterius ta... minus certum videtur: ad τάγυρι igitur il... Eupolidis auctoritatem adscripserunt. Sed eorum ...gratiam, qui gravantur plures simul libros evol...ere, quatuor illos versiculos afferamus, et nunc ...stremum cum absurda lectione vulgata:

Πρὸς Μίμνερμον εἰπόντα,
Ἑξηκονταέτη Μοῖρα κίχοι θανάτου.

Ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο·
...δὲ μέγαιρ', ὅτι σεῦ λώϊον ἐφρασάμην.
...αὶ μεταποίησον λιγέως ταδί, ὧδε δ' ἄειδε·
ΟΤΑΩΚΟΝΤΑΕΤΗ ΜΟΙΡΑ ΚΙΧΟΙ ΘΑΝΑΤΟΥ.

(Distichon, illis ex Plutarcho annexum, seiun...ndum est.) Iam una cum verbis, μεταποίησον ...γυρι τοδί, commodus hic et elegans sensus red...t: *Refinge, muta, leviculum hoc, pro sexage...rio ponens octogenarium.*

Ingeniosae huius et certae emendationis auctor ...imarius facile posset diutius celari. Dicendum er...o, inventam illam iam dudum esse a *Sopingio*, ...rgente notula eius ad Hesych. T. II. p. 1339. tri...us verbis perscripta. Qua occasione grate recolen-

da est sagacissimi Frisii memoria, qui quum scuro loco ὠχύμορος in studiis vixisset, in hoc i xime grammatico genere criticea occupatus, cun ter autem et calumniator sui propemodum n ipse edidisset, a. 1615 mortuus est, relictis mu in Hesychium et alios veterum libros correctio bus, quae nondum omnes videntur, ipsius quid nomine, lucem vidisse.

W.

V.

In Pollucis Onom. IV. c. 19. §. 123. de theatri Graeci partibus, impr. de parasceniis et hyposceniis. [1]

Diximus alio loco singillatim *de scena* et *de thymele* in theatro Graecorum; [2] nunc de reliquis partibus, quas per saturam enumerat Onomastici auctor, videndum:

"*Μέρος θεάτρου, καὶ πυλίς, καὶ ψαλίς, καὶ καταχωμή, κερκίδες, σκηνή, ὀρχήστρα, λογεῖον, προσκήνιον, παρασκήνια, ὑποσκήνια.*"

[1] A talibus auctoribus, qualis hic est, illustrando Graecorum theatro scripta, merito nobis omnia acceptissima venient in tanta illarum rerum obscuritate. Quo magis laetabimur, tandem publica iudicia subiturum esse *Io. Genelli*, doctissimi architecti, librum, cuius exspectationem iam 1809 *A. G. Schlegelii* mentio excitavit in opere *Von der dram. Kunst u. Litt.* T. 1. p. 78 *ED.*

[2] Ad calcem Philoctetae et Trachiniarum Sophoclis; Vilnae 1806 et 1808. 8.

"*Pars theatri est porta est, et fornix, et praecinctio, et cunei, scena, orchestra, pulpitum, proscenium, parascenia, hyposcenia.*"

In his, quae primo loco nominatur, πύλη aditum ad theatrum, proprie sic dictum, h. e. aedificium orbiculatum in quo spectantes sedebant significat. Neque de *valvis quibusdam praecipuis* quae aliis vocabulis, ut πύλη vel πύλαι, indicandae fuissent, cogitasse Pollucem, ipsa vocis qua usus est indoles declarat: quamquam, si accuratius dicere voluisset, πυλίδες, numero multitudinis, scribendum fuisset. Etenim quod res ipsa docet, plures fuisse aditus, quibus ad theatri contignationem et sedilium gradus pervenire possent spectaturi, et intrantibus pariter atque egredientibus. in turba vitandum esset; id quum *Vitruvii* praeceptis [3] confirmatur, tum intueri licet in ipsis theatri *Segestani*, *Tyndaritani* et *Tauromenitani* ruderibus. [4]

Φαλὶς *fornix* quid sit, ex Vitruvio discipi potest l. V. c. 3. §. 3. "Fundamentorum autem, si in montibus fuerit (theatrum), facilior erit ratio; sin autem si necessitas coegerit in plano aut palustri loco

---

3 L. V. c. 3. "Aditus complures et spatiosos oportet ponere, nec conjunctos superiores inferioribus, sed ex omnibus locis perpetuos et directos sine inversuris faciendos; quum populus dimittitur de spectaculis, ne comprimatur, habeat ex omnibus locis exitus separatos sine impeditione."

4 V. *Houel* Voyage pittoresque des îles de Sicile T. I. p. 12. Tab. XI. p. 104. Tab. LVIII. cf. *Stieglitz* Archäologie d. bürg. Baukunst T. IV. p. 553.

stitui, *solidationes substructionesque* ita eruht iendae, quemadmodum de fundationibus aedi- i sacrārum in tertio libro est scriptum." Desi- mtur igitur hac voce *substructiones fornica-* (*der gewölbte Unterbau*), quibus gradationes si- sedilia inaedificarentur in omnibus iis theatris, s non, ut apud Graecos fieri solebat, ad mon- m declivia accliuata, vel in rupes excavata erant, l in locis planis exstructa. Quae vocis signifi- o, Hesychii explicatione innixa: ψαλίδες, ἀψῖ- τῶν στύλων· ψαλίς, τὸ ἄρμενον καὶ καμάρα: insuper Pollucis nostri illustratur loco, IX, 43. I. p. 1012. ubi inter plura aedificia subterranea m ψαλίδες memorantur, hac explicatione sub- : ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς εἶδος οἰκοδομήματος, Γ ἧπου Σοφοκλῆς ἐν Λαοκόωντι λέγει· στενὴν δ' εὐρυμεν δα κοὐκ ἀβάσβαρον. ἀλλὰ μὴν καὶ Πλάτων ἐν Νόμοις· θήκην δ' ὑπὸ γῆς ταὐτοῖς εἰργασμένην ψαλίδα προμήκη λίθων πολυτίμων. Iam etsi substructionum hoc genus in *Roma-*

Cf. *Rodii* Annotatt. ad Vitruv. Germ. vers. I. c. T. I. i. *Hauel* Voyage pitt. T. II. Théâtre de Taormine.

Platonis locus cum nonnulla lectionis varietate legitur l. lib. de Legg. p. 947. D. T. IX. p. 189 Bip. *Θήκην δὲ τῆς αὐτοῖς εἰργασμένην εἶναι, ἀψῖδα προμήκη, λίθων των καὶ ἀγήρων εἰς δύναμιν, ἔχουσαν πλίνας πρὸς ἀλλήλας ις πεμένας. Sepulchrale monumentum ipsis subterranea rmix quaedam longior ex durissimis et pretiosis lapi-, ubi lapidei lectuli utrinque sint.* Cf. *Schneider.* V. d Vitruv. VI. 8. 4. T. II. p. 493 sq.

nis theatris potissimum reperiatur, [7] tamen constat, idem nonnunquam adhibitum esse in Graecorum sedilia fere in montem rupemve excavatis esse dudum monuimus: nimirum quum morum species cum theatri forma semicirculari minus congrueret, ita ut interiorem tantum sive extremam sedilium partem monti inferrent, latera vero utrinque lapideis substructionibus fulcirentur, quo artificii iusta et usitata forma semicircularis efficeretur: id quod etiamnum testantur theatrorum Ephesi, Alabandae, Hierapoli, tum Sardiani et Segestani rudera. [8] Itaque apparet, ψαλίδα sive concamerationem hanc substructionem theatri partibus a Pollucе recte annumerari.

Tertia est κατατομή, quam, cum Rodio et Stieglizio, [9] [10] intelligi existimo, quae Vitruvio dicitur *praecinctio* (V, 3.) et *diazoma* (V, 7. Schneid. V, 6. p. 129.) hoc est, spatium paullo altius quod, in plurium contignationum theatris, prima, secundae etc. si quando exstrueretur, tertiae etiam contignationis gradibus interiectum erat, ut primam a secunda, hanc item a tertia separaret. Vocabuli huius usum, in theatro Attico, [illegible] mare videntur duo fragmenta, ab *Harpocratione* laudata v. κατατομή; alterum, *Hyperidis*, ex orat

7 V. *Stieglitz* l. c. p. 541.

8 V. *Idem* l. l.

9 In nota f. ad Vitruvii vers. p. 226.

10 Encycl. d. b. Bauk. T. IV. p. 545.

ne c. Demosthenem: Τετρίδης ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους· καὶ καθήμενος κάτω ὑπὸ τῇ καταστρώσει. *Et infra assidens sub praecinctione*; quibus verbis significari puta extremum i. e. altissimum cuneum primae contignationis gradum; alterum, quod statim sequitur, ex Atthide *Philochori*: [11] Φιλόχορος δὲ ἐν ἕκτῃ οὕτως· Αἰσχραῖος Ἀναγυράσιος ἀνέθηκε τὸν ὑπὲρ θεάτρου τρίποδα καταργυρώσας, νεανίσκος τὸ πρότερον ἔτι χορηγῶν παισί, καὶ ἐπέγραψεν ἐπὶ τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας. *Aeschraeus Anagyrasius consecravit tripodem illum argentatum super theatro, iam olim victor, quum in puerorum choro choragi munere functus esset, et inscriptionem* in rupis praecinctione *insculpi iussit.* Ἡ πέτρα, in cuius κατατομῇ tripodis dedicati titulum inscriptum fuisse legimus, vix alia fuerit quam mons, qui acropolis sive arx Athenarum inaedificata, in cuiusque latere australi, orientem versus, theatrum Bacchi erat exstructum. [12] Tripodem vero argentatum, cuius meminit Philochorus, fortasse haud dissimilem mecum statueris ab illo, cuius descriptio legitur apud *Pausaniam* l. l. c. 27. pag. 77. Fac. ἐν δεξιᾷ κορυφῇ τοῦ θεάτρου σπήλαιόν ἐστιν ἐν

---

[11] Chronographi, tertio A. Ch. saeculo, sub Ptolemaeis IV. et V. florentis, cuius librorum fragmenta, a *Lenzio* collecta et illustrata, nuper digessit ediditque *C. G. Siebelis.* Lipsiae 1811. 8. quem vide de loco hoc disserentem p. 62. cf. Heynius ad Apollod. Obss. p. 319 sqq. Harlesius ad Fabric. T. II. p. 681. et Elementa nostra p. 336 sq.

[12] V. Chandleri Travels in Greece p. 61 sqq.

ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. Τρίπο
δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ. Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ
Ἄρτεμις τοὺς παῖδας εἶσιν ἀναιροῦντες τοὺς Νιό

In theatri autem fastigio specus est in rupibus arce. Cui impositus etiam tripus, in quo Ap cum Diana conspiciuntur liberos Niobes interfie tes. Ut enim taceam, Philochori verba, locun quo positus erat tripus declarantia, τὸν ὑπὲρ θ τρου τρίποδα, cum Pausaniae istis, ἐν δὲ τῇ φυφῇ τοῦ θεάτρου, bene componi posse: ip caelaturae in tripode consecrato argumentum a l sania commemoratum, caedem dico liberorum bes ab Apolline et Diana perpetratam, ad mem em victoriae, quam, Philochoro teste, choragu *puerorum chori* reportasse dicitur (νενικηκὼς τὸ τερον ἔτι χορηγῶν παισί), conservandam haud te re inventum esse, immo, quo significantius si magis accommodatum videri antiquitatis genio, que fatebitur. Denique *praecinctio rupis* (κατα τῆς πέτρας) cui, Philochoro auctore, donarii lum insculpendum curaverat Aeschraeus, altis sedilium ordini in secunda contignatione pro cogitanda erit, ubi specum fuisse tradit Pausa cui tripus esset impositus.

Sedilium ordines in theatri hemicyclo, cu rum instar versus orchestrae centrum procu tes, a scalisque ab utraque parte inclusi, diceba Κερκίδες, quod totidem linearum sive *radio* qui ex orchestrae centro ad semicirculi circu rentiam duci poterant, speciem referrent; ii apud Romanos fere simili de causa *cunei* v

forma eorum cuneata, qua in inferiore parte anteriores, in latius superne spatium ascenderent.[13] Hinc explicandi versus *Alexidis*, comici mediae comoediae, apud Pollucem IX, 5. 44. T. II. p. 1006:

Ἐνταῦθα περὶ τὴν ἐσχάτην δεῖ κερκίδα
ὑμᾶς καθιζούσας θεωρεῖν, ὡς ξένας.

ubi ἡ ἐσχάτη κερκὶς aut de toto cuneo, inter duas scalas, in secunda contignatione, dicitur, aut, quod verisimilius, de altissimo gradu, sive ultimo subsellio, unius vel plurium κερκίδων seu cuneorum superioris theatri contignationis intelligi debet, quo loco, Athenis certe, sedisse videntur *peregrini*.[14]

Λογεῖον in theatro Graecorum, pariter atque *pulpitum* Romanorum (Vitruv. V, 8, 3 ap. Schneid. V, 7, 2.), *anterior eademque editior*[15] erat *pars proscenii*, versus orchestram, in quod ascenderent tragici et comici actores, ut partes suas agerent sermonesque recitarent: unde vel nomen ei inventum esse res ipsa docet. Hesych. T. II. p. 494: Λόγειον .... ὃ τῆς σκηνῆς (h. e. theatri, sensu latiore) μέρος, ἐφ᾽ οὗ ὑποκρίνονται λέγουσι. Logei hujus Graecorum *latitudo* quidem minor fuit, sed

---

13 Vitruv. VI, 8. Glossar. vet. ap. Steph. *Cuneus*, θεάτρου κερκίς. Cf. Stieglitz l. c. p. 549. Rode ad Vitruv. V, 6. T. I. p. 239. not. e. *Adler* Beschreib. d. Stadt Rom p. 107.

14 Cf. Hemsterh. ad Polluc. l. c. *Boettiger* in Mus. Germ. nov. 1796. T. I. p. 35 sqq.

15 Unde vox λογεῖον *Hesychio* T. I. p. 723 ad vocis βῆμα explicationem adhibetur.

duplo maior, super orchestram, *altitudo*, qua Romanorum *pulpiti*, praecipiente *Vitruvio* (V. et 8.): "Ita *latius* factum fuerit (Romanorum) pulpitum quam Graecorum, quod omnes artifices scenae dant operam: in orchestra autem senatorii sunt sedibus loca designata; et *eius pulpiti altitudo sit, ne plus pedum quinque*, uti qui in orchestra sederint, spectare possint omnium agentium gestus" .... "Ita a tribus centris hac descriptione ampliorem habent orchestram Graeci et scenam recessiorem *minoreque latitudine pulpitum*, quod λογεῖον appellant.... *Eius* (Graecorum int.) *loci altitudo non minus debet esse pedum decem, non plus duodecim*". [16] Locus autem, quem logeo appellavimus, in proscenii, quocum eandem latitudinem habuit, parte anteriore, huiusque et orchestrae confiniis, eiusdem Vitruvii testimonio nititur l. V. c. 6. §. 1. "Ab eo loco per centrum parallelos linea ducatur, *quae disiungat proscenii pulpitum a orchestrae regionem.*" Ceterum eadem proscenii pars alio, fortasse antiquiore, vocabulo a Graecis dicebatur Ὀκρίβας. "Ἐπιλήσμων μέντ' ἂν εἴην, ὦ Ἀγάθων, (Socratis verba sunt apud Platonem in Convivio p. 194 A. T. X. p. 211 Bip.) εἰ, ἰδὼν τὴν σὴν ἀνδρείαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν καὶ, βλέψαντός ἐναντίον τοσούτου θεάτρου, μέλλοντος ἐπιδείξασθαι σαυτοῦ λόγους, καὶ οὐδ' ὁπωστιοῦν

[16] Cf. Stieglitz l. c. p. 561 et 576 sq.

λαγίντος, νῦν οἰηθείην σὲ θορυβηθήσεσθαι, ἕνεκα ὧν, ὀλίγων ἀνθρώπων.[17] — Philostratus,[18] et Themistius[19] proscenii partis huius editioris primum conditorem faciunt *Aeschylum*: quod satis struitur notissimis Horatii versiculis in Ep. ad Pis. 227:

Post hunc personae pallaeque repertor honestae
Aeschylus, et *modicis instravit pulpita tignis.*

Quae veterum scriptorum de logeo in theatris Graecorum eiusque loco et usu testimonia si expendas, iure mireris, recentiores qui de antiquis theatris scripserunt, si Stieglizium[20] exceperis, ad unum fere omnes, inutiles turbas concivisse, et hunc λογεῖον cum *orchestra*, ut, post Isidorum,[21] fecit Scaliger;[22] nunc cum *thymele*, ut Bulen-

17 Cf. Hesychius, Suidas, Photius, Timaeus s. v. ὀκρίβας cum notis Ruhnkenii ad Tim. p. 190. Add. Schneid Lex. Gr. s. v. Unius *Photii* verba enotabo: *Ὀκρίβας τὸ λογεῖον, ἐφ' ᾧ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. Καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος Συμποσίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι.*

18 Vit. Sophist. I, 9.

19 Or. XXVI. p. 316 Hard.

20 Cuius accuratissima logei descriptio legitur l. I. p. 561.

21 Orig. XVIII, 44. Paullo aliter auctor anonymus epitomes περὶ κωμῳδίας (Comment. in Aristoph. Nub. ed. Beck. p. XXXIV.): *ὁ χορὸς ὁ κωμικὸς εἰσῆγετο ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ, ἣν νῦν λεγομένῳ λογίῳ.* Quae verba repetit auctor argumenti Nubium. v. ibid. p. 13. ed. Herm. p. 3.

22 De Comoedia et Tragoedia in Gronov. Thes. AA. GG. T. VIII. p. 1506. partem orchestrae fuisse putat logeum.

ger;[23] nunc cum utraque confudisse, ut Pollux.[24] *Barthelemius*[25] quidem proscenii Graeci duas partes bene distinguit, earumque alteram altiorem, quam haud dubie de logeo sive pulpito intelligit, *actoribus* assignat, sed fallitur, quod inferiorem, depressiorem illam, *Chori* partibus agendis vulgo inservisse narrat, cui tamen, in Graecorum theatris, *orchestram*, h. e. amplius hemicyclium inter spectantium sedilia et proscenium, assignatum fuisse, quum aliunde constat, tum a Polluce, eo ipso quem tractamus, diserte traditur.[26] Minus quod, ubi de orchestra dicere debuisset, vocabulo utatur (*parterre*), a Graecis theatris tam alienum quam locus ipse cui indicando inventum est. In hoc diversus quidem, sed tamen error est, quo

---

23 *De Theatro* l. c. 24 et 26 in Graevii Thes. AA. RR. T. IX. p. 880 E et p. 882 D. tum in libello admodum perturbate composito, quem inscripsit: *Descriptio Theatri* ibidem p. 826.

24 Archaeologie der Griechen T. I. p. 93 Rambach.

25 Voy. d'Anach. T. VI. p. 68. (ed 2. Paris. 1789. 8.) "*L'Avantscène* se divise en deux parties; l'une plus haute où récitent les acteurs; l'autre plus basse *où le Choeur se tient* communément. Cette dernière est élevée de 10 à 11 pieds au dessus *du parterre*, d'où l'on peut y monter."

26 §. 123. ἡ δὲ Ὀρχήστρα τοῦ χοροῦ. Adde Vitruv. V. 7. "Ideoque apud eos (Graecos) tragici et comici actores in scena (h. e. in proscenio et pulpito) peragunt, reliqui autem artifices (chorus et musici) suas per orchestram praestant actiones."

ommisit auctor libelli *de fabulis*, *ludis*, *theatris* ., inserti Thesauro Gronov. T. VIII., logei lo- m ita definiens: "Fuit exactissime situm *ante entem* scenae et *loco* ipsius *medio*, qui theatri ntro responderet." Cuius scriptoris vestigia le- e videtur *Montfaucon*, pulpiti, certe Romani, dem *in medio proscenio* reponens,[27] contra quam Vitruvium diserte docuisse (V, 6.) supra vidimus; m Graeci theatri λογεῖον idem in orchestra quae- t, haud dubie cum thymele illud confundens.[28]

Ipsum autem *proscenium* (προσκήνιον) illa pars atri est, quam communiter, etsi minus accurate, *enam* appellant. Sedulo autem cavendum, ne cum *gio* sive pulpito, de quo modo diximus, con- ndatur.[29] Utrumque enim pro diversis partibus abent et Pollux, nostro loco, et Vitruvius l. l. *linea ducatur*, praecipiens, *quae disiungat pro- nii pulpitum.*" Quodsi logeum, proscenii pars ditior, is locus erat, in quo histriones partes suas gerent: *proscenium*, vi vocis, non fuerit nisi *spa- tium ante scenam* (h. e. ante parietem intimum, tres

---

27 Antiquité expl. T. III. p. 234.

28 Ibidem p. 250.

29 Quod, ut de aliis taceam, accidit *Boindinio* in dissert. quae inscribitur: *Discours sur la forme et la construction du théâtre des Anciens*, et inserta legitur Commentariis Acad. Inscr. Paris. T. I. p. 148. cuius quidem auctor omnino subtilisse fere videtur in ornandis quae trita et vulgaria sunt, quamvis ne haec quidem accurata diligentia, sed valde perfunctorie exposuisse dicendus sit.

valvas [illegible] et spatia ac ornatus [illegible] hinc scenae aptatae,[30] ut per [illegible] prospectus reciperent, reliqua [illegible] illi actores prodirent, quorum [illegible] transire deberent, ut in [illegible] ascenderent. Vitruvius autem, vetus [illegible] *Iuvio*.[31] et praeterea ex pulvinis [illegible] tum lignei, quae ligna [illegible] duntaxat constructum [illegible] esset, facili negotio dissolvi posset [illegible] vel explicatio loci quem dedit Iunius [illegible] Plat. v. *Ὀκρίβας*,[33] cum Horati illud [illegible] supra memoratum: *modici transeas* [illegible]

---

30 De hac voce. Scenae primum significatio [illegible] prius exstat ap. Vitruvium. V, [illegible] V. 1. §. 8. [illegible] autem scenae tum habeant rationes explicatas [illegible] valvae ornatus habeant suas regiones, [illegible] alia: secundum autem spatia ac ornatus [illegible] ea Graeci περίακτους dicunt, et [illegible] in iis locis versatiles trigonas, habentes [illegible] ales ornationis, quae, cum aut tabularum mutat[illegible] futurae, seu deorum adventus cum tonitribus [illegible] sentur mutentque speciem ornationis [illegible] tronies.' [illegible] n. l. et §. 124 et vide nunc *Francisci Iani* in Mem. acad. de Turin 1809—10.

31 Encyclop. T. IV. p. 562 sq.

32 Cl. *Hauel* Voyage pittor. de Sicile T. II. p. [illegible] et Tab. aen. XCII. nr. 9.

33 *Ὀκρίβας, πῆγμα τὸ ἐν τῷ θεάτρῳ τεθεωρημένον* [illegible] *οἱ τὰ δημόσια λέγοντες* ..... *Ἀγορὰ γοῦν* [illegible] *πᾶσι ξύλοις ἐστορεσμένη ξύλοις, εἶτα ἐπὶ* [illegible]

Superest ut de *parascenïis* et *hyposcenïis* di-
Quibus vocabulis quaenam partes theatri
rorum intelligendae sint, quum inter se dis-
nt interpretes, neque vera vocabulorum notio
facile erui possit; *hyposcenii* autem *descriptio*
Pollucem paullo post demum sequatur: pri-
de parascenïis agam.

Παρασκήνια quidem Rodio [34] et Stiegli-
videntur *latus utrumque scenae* designasse,
quod a *Vitruvio* [36] *versurarum* nomine indi-
Ut ab hoc incipiam, licet dubitare, an *ver-*
spatio quodam continuo, quale in scenae
tius proscenii *lateribus* cogitetur necesse sit,
usurpari soleat. Nam communiter *flexum*,
sulcorum in arando a bobus factum, tum
rum in parietibus, significat. Prioris signi-
nis multa exempla suppeditant rei rusticae
res, posterioris Vitruvius. cf. Lex. Vitruv. et
Thes. L. L. s. v. [37] Secundum haec, *ver-*

Vitruv's Baukunst T. I. p. 245. Beilage p. 277. Wör-
T. II. p. 46.

Encycl. d. b. B. T. IV. p. 559.

L. V. c. 7 extr. (c. 6. §. 8. Schneid.): "Secundum ea
empe in fine scenae utrinque, ubi machinae περίακτοι)
sunt *procurrentes*, quae efficiunt, una a foro, alte-
regre, aditus in scenam."

Nihil enim moror *Columellae* locum, haud dubie de-
m, II, 2, 27. "Sed *in media parte versurae* consi-
y" etsi *Salmasii* ratio, *versus* loco *versurae* repo-
(De modo usurar. p. 194) improbanda videatur, ne-

valvas illas et spatia ad ornatus (*Decorations*) relicta continentem,[30] in quo histriones, praeter istos qui recitarent, reliqui versarentur, quodque tres illi actores principes, quorum infra meminit Pollux, transire debuerint, ut in logeum vel pulpitum ascenderent. Videtur autem, recte monente *Stieglizio*,[31] et proscenium, et pulpitum, e tabulis tantum ligneis, quae tignis imponerentur, ad tempus duntaxat constructum fuisse, ut, acta fabula, si opus esset, facili negotio dissolvi posset.[32] Quo ducit vel explicatio logei quam dedit Timaeus in Lex. Plat. v. Ὀκρίβας,[33] tum Horatii illud, de Aeschylo supra memoratum: *modicis instravit pulpita tignis,*

30 De hac vocis, *Scena*, propria significatione locus classicus exstat ap. Vitruvium V, 7. (V, 6, 8. Schneid.): Ipsae autem scenae suas habeant rationes explicatas, ita uti mediae valvae ornatus habeant aulae regiae; dextra ac sinistra hospitalia: secundum autem spatia ad ornatus comparata, quae loca Graeci περιάκτους dicunt ab eo, quod machinae sunt in iis locis versatiles trigonae, habentes in singula tres species ornationis, quae, quum aut fabularum mutationes sunt futurae, seu deorum adventus cum tonitribus repentinis, versentur mutentque speciem ornationis in frontes." Cf. Pollux n. l. et §. 124. et vide nunc *Franchi-Pont* in Mem. de l'Acad. de Turin 1809—10.

31 Encyclop. T. IV. p. 562 sq.

32 Cf. *Hauel* Voyage pittor. de Sicile T. II. p. 37 sq. et Tab. aen. XCII. nr. 9.

33 Ὀκρίβας, πῆγμα τὸ ἐν τῷ θεάτρῳ τιθέμενον, ἐφ' οὗ ἵστανται οἱ τὰ δημόσια λέγοντες ..... Λέγει γοῦν τις· Λόγιόν ἐστι πῆξις ἐστορεσμένη ξύλων, εἶτα ἐξῆς ὀκρίβας ὀνομάζεται.

Superest ut de *parascenïis* et *hyposcenïis* dicam. Quibus vocabulis quaenam partes theatri proscenii intelligendae sint, quum inter se dissentiant interpretes, neque vera vocabulorum notio tam facile erui possit; *hyposcenii* autem *descriptio* quod Pollucem paullo post demum sequatur: primum *de parascenïis* agam.

Παρασκήνια quidem Rodio [34] et Stieglitzio [35] videntur *latus utrumque scenae* designasse, tum quod a *Vitruvio* [36] *versurarum* nomine indicatur. Ut ab hoc incipiam, licet dubitare, an *versura* de *spatio quodam continuo*, quale in scenae an potius proscenii *lateribus* cogitetur necesse sit, latinis usurpari soleat. Nam communiter *flexum*, tum *sulcorum* in arando a bobus factum, tum *angulorum* in parietibus, significat. Prioris significationis multa exempla suppeditant rei rusticae scriptores, posterioris Vitruvius. cf. Lex. Vitruv. et Scheri Thes. L. L. s. v. [37] Secundum haec, *ver-*

---

[34] Vitruv's Baukunst T. I. p. 245. Beilage p. 277. Wörterbuch T. II. p. 46.

[35] Encycl. d. b. B. T. IV. p. 559.

[36] L. V. c. 7 extr. (c. 6. §. 8. Schneid.): "Secundum ea loca (nempe in fine scenae utrinque, ubi machinae περίακτοι) versurae sunt *procurrentes*, quae efficiunt, una a foro, altera a peregre, aditus in scenam."

[37] Nihil enim moror *Columellae* locum, haud dubie depravatum, II, 2, 27. "Sed *in media parte versurae* consistunt (hoc)" etsi *Salmasii* ratio, *versus* loco *versurae* reponentis (De modo usurar. p. 194) improbanda videatur, ne

surae procurrentes, in Vitruvii loco infra descrip
si ad verba quae statim sequuntur respicias, *de fi
bus utrinque scenae*, accipi debent, prope spatia
machinas comparata versatiles: in quibus fini
in theatro Romano, aditus in scenam patebant
strionibus; quamobrem Vitruvius, alio loco, (l
c. 6. extr., c. 6. §. 3. Schneid.) eosdem utrobique
tus, *itinera versurarum* appellat. *Versurae* au
dicuntur, quod aditus hi erant in *angulis*, qu
ficiuntur, ubi proscenii latera extremos pari
qui scenam constituit, fines secant; denique
currentes, propter id ipsum, quod, patefacto, ad
in latus quasi procurrere h. e. extendi atque
ferri videntur scenae extrema. — Quae si a
disputavimus, efficitur, *parasceniorum* quam e
attulimus explicationem Vitruvii certe auctor
probari haud posse. At eadem, quantumvis c
mentatorum et lexicographorum de vocabuli h
significatione discordent sententiae, ab eorum
mine commemoratur: ut sola fortasse analogia
illa videatur, quemadmodum v. c. παραθύρα et
ραθύριον *valvae laterales*, aditusque *propter
cipem urbis portam* designant.[38] Enimvero
tum non miretur, veteres interpretes analogia

---

que *Gesnerus*, a Schneidero iure notatus (ad Colum. p.
audiendus sit, qui vulgatam lectionem *de parte sulci
utramque versuram media sive interiecta* intelligi pos
istimat.

38 V. Salmas. ad Vopisc. in Probo c. 19. p. 675.

si sermonis usus eam firmasset, nullam ha-
sse rationem?

De *parasceniis* locus est apud *Demosthenem* Midiana,[39] ubi contumelias iniuriasque a Midia choragi munere fungenti, illatas conquestus rimas, ita pergit orator: *καὶ οὐδ' ἐνταῦθ' ἔστη ὕβρεως, ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν, ὥστε . . . χορηγοὺς συκῆγεν ἐπ' ἐμέ, βοῶν, ἀπειλῶν, ὀμνύ- παρεστηκὼς τοῖς κριταῖς, τὰ πάρασκήνια ων, προσηλῶν, ἰδιώτης ὤν, τὰ δη- ρα, κακὰ καὶ πράγματα ἀμύθητά μοι παρέχων ν.* "Neque hic finem fecit contumeliae, sed que grassatus est homo iniuriosus, ut chora- contra me suscitaret, vociferans, minitans, ar- opprimens iuratos, *parascenia publica*, *ipse tus*, *obstruens*, *clavis occludens* etc." —

Quid est, quaeso, quod *parasceniorum* diserte tionem faciat orator? Certe, *scenae* aut *proscenii* nemo dixerit. Singularem enim theatri partem bulo hoc indicari, ex Polluce discimus. Nec *teribus scenae* sive *proscenii* cogitandum esse, t verba adiuncta. Nam scire velim, qui illa uere Midias clavisque occludere potuerit? ndoquidem, praeeunte Polluce,[40] recte obser- vir doctus, cuius opinionem impugnamus,[41] *Graecis* theatris nullos ad scenam vel proscenium

---

39 Opp. T. I. p. 520 Reisk.

40 Onom. IV. c. 19 §§. 126. 127.

41 Encycl. d. b. Bauk. T. IV. p. 560 et 579.

aditus *in proscenii lateribus* patuisse, contra fi eos *inter pulpitum et theatrum* proprie dici i. e. hemicyclium sedilia continens, atque xime *in orchestram* patuisse, ex qua in pulpi sive proscenium adscensus fieret. Quo vel pariter atque maiore orchestrae ambitu, et pu proscenioque minus lato ac profundo, Graeco theatrorum ab Romanorum differebat structura in quibus, Vitruvio teste, [43] *itinera versurarum ipsius scenae angulo utroque* sita erant. Deni quum aditus hi *solis histrionibus* paterent, si maxime *parasceniorum* nomine illos designare luisset Demosthenes, δημόσια tamen sive *pul* dici vix poterant. Alia igitur et oratoris ad sen tiam magis accommodata vocis significatio quae da erit. Sed interpretes in diversas partes seco supra monuimus. Nam *Harpocration*, qui v. παρασκήνια Demosthenis locum excitat, [44] suae terpretationi aliam et diversam his verbis subi git: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου· ἔοικε πα σκήνια καλεῖσθαι, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν εἰκο νόμων· ὑποσημαίνει, ὃ περὶ τὴν σκηνὴν ἀποδεδειγ νος τόπος τοῖς εἰς τὸν ὀρχῶνα παρασκευαῖς· ὁ δὲ δυμος τὰς ἑκατέρωθεν τῆς ὀρχήστρας εἰσόδους ο*

42 Vitruv. V, 8. "Ita . . . ampliorem habent orchest Graeci et scenam recessiorem, minoreque latitudine pulpit quod *λογεῖον* appellant." cf. Idem V, 6.

43 V, 7. extr. cf. not. 4. p. 14. coll. V, 6 extr. s. c §. 3. Schneid.

44 Lex. X. Rhet. p. 280.

σὶ καλεῖσθαι. Videtur, inquit, parasceniorum nomine appellari, quemadmodum Theophrastus in libro XX. Legum etiam significat, locus scenam ambiens, ludorum apparatibus destinatus. Didymus tem aditus, qui ab utraque parte in orchestram tent, sic vocari dicit. — Priorem explicationem, ne Theophrasti auctoritate quodammodo firmatur, inciderus suam facere videtur in Lexico Gr. T. , p. 281 vet. edit.: "Παρασκήνιον, τό. Dem. 520 et lux IV, 109." (sed hic locus in sequentem explicationem parum quadrat) "spatium *post* scenam, i vestes mutabant, machinaeque et ornatus scenae positi erant." At si haec vocis significatio batur, cur *parasceniorum* vocabulo, multitudinis mero, usus est Demosthenes? De nota figura storica hoc certe loco haud cogitandum erit. An ro plura huius generis spatia vel conclavia, vestibus mutandis inservientia, scenam circumdedisse timemus? [45] At quorsum tunc epitheton illud, δημόσια? idque non temere additum, sed ut, ut sententiae vim mirifice augeat ex oppositione verborum ἰδιώτης ὤν illata. [46] Quid cellis his

45 Ita *Houelius* (Voy. pitt. T. II. p. 37 coll. pl. XCII. T. V.) in theatro Tauromenitano duo ampla conclavia utraque scenae extremitate fuisse animadvertit, quorum vix us esse potuit.

46 Etiamsi, *Spaldingio* auctore ad or. in Mid. p. 12, oraverba προςηλών, ἰδιώτης ὤν, τὰ δημόσια absolute posita cipias, neque τὰ δημόσια (*locum publicum*) ad παρασκήνια feras, loci tamen sententia eadem manet.

vestiariis cum populo commune? Theophrasti plicatio utique litem dirimeret, si ipsam in li eius de Legibus legeremus. Sed ut illa parum finite ab Harpocratione commemoratur, cuius ba "ἔοικε καλεῖσθαι, *videtur appellari*" et „ὡς φραστος .... ὑποσημαίνει, *ut Theophrastus quodammodo (occulte) significat*" non tam diseri Theophrasti hic legi sententiam indicant, quam xicographi opinionem meramque coniecturam, dato philosophi loco, quamquam, ut ipse fate parum firmiter, innixam: significationis huius tum argumentum e testimonio hoc elici vix p apparet. Ceterum licet cellam unam vel plures strionum usibus destinatas, scenaeque vicinas, *rascenia* appellata esse concesserim, non tar unum hunc tantum vocabuli huius significatum isse, inde efficitur, [47] neque hinc vero absimile detur, Demosthenem, nostro loco, alio eoque orationis seriem magis accommodato sensu vo hanc accipi voluisse.

In Scholiis, quae *Ulpiani* nomen mentiun oratoris verba, τὰ παρασκήνια φράττων, προσ κ. τ. λ. sic illustrantur: τουτέστιν, ἀποφράττων ἐπὶ τῆς σκηνῆς εἰσόδους, ἵνα ὁ χορὸς ἀναγ ζηται περιϊέναι διὰ τῆς ἔξωθεν εἰσόδου, καὶ οἱ

47 En longe diversum vocis παρασκήνιον, singulari meró, significatum, Polluce teste in Onom. l. IV. c. 15. §. T. I. p. 414. ἀπότε μὲν ἀντὶ τετάρτου ὑποκριτοῦ δέοι τῶν χορευτῶν εἰπεῖν ἐν ᾠδῇ, παρασκήνιον καλεῖται τὸ γμα. Cf. Scaliger Poët. I, 9.

βραδύνοντος ἐκείνου, συμβαίνῃ κατηγελᾶσθαι τὸν ἡμοσθένην· τὸ δὲ προσηλῶν, τοὺς φίλους ἐντιθεὶς, ἵνα ἀσφαλῶς αἱ θύραι ἐκκλείωνται. Quodsi explicationi huic subiungamus quum Etymologici M. illam v. *Παρασκήνια· εἰς τὴν σκηνὴν ἄγουσαι ὁδοί*, tum Didymi Grammatici verba supra iam laudata, apud Harpocrationem: *ὁ δὲ Δίδυμος τὰς ἐκτὸς ἐντὸς τῆς ὀρχήστρας εἰσόδους οὕτω φησὶ καλεῖσθαι*: tria iam nacti sumus testimonia haud contemnenda, ad eumque finem consentientia, ut *παρασκήνια* intelligendi sint *aditus* in theatrum; hactenus, solum diversa, quod in adituum loco designando variare videntur. Quoscenini Ulpianus et Etymologici auctor in *scenam* patuisse contendunt, eos ad *orchestram* fuisse tradit Didymus. Quae tamen nescio, an diversitatis tantum speciem prae se ferant. Nam quum in Graeco theatro ex orchestra in proscenium, per quod ad ipsam scenam, proprie dictam, via duceret, gradibus ascenderent:[48] aditus, proxime quidem in orchestram patens, improprie minusque accurate etiam in scenam patuisse dici potest. Accedit, quod vocabulum *σκηνή*, maxime apud sequioris linguae auctores, haud uno poni solet significatu. Omitto loca innumera, tam Graecorum quam Latinorum scriptorum, in quibus *scena*, quum proprie proscenii nonnisi pars sit ultima vel extrema, ipsum tamen *proscenium* denotat. Sed *Suidas* v. *σκηνή*, ad quem locum mox

48 Vid. Pollux IV, 19, 127. T. I. p. 425.

revertemur, vocem hanc explicat, valvam *media* sive primariam, qua, Polluce teste (IV, 19. §. 124 qui primas fabulae partes ageret histrio, (*πρωταγ νιστής*) in proscenium egredi solebat: *Σκηνὴ δὲ ἡ μέση θύρα τοῦ θεάτρου* (*theatrum* hoc lo manifeste pro *proscenio* ponitur). Et Etymolog auctor l. l. *παρασκηνίων* explicationi suae stati subiicit significationem, qua vocem *σκηνὴ* accipi l vult: *Παρασκήνια· εἰς τὴν σκηνὴν ἄγουσαι εἴσοδ σκηνὴ δέ ἐστι ἡ νῦν θυμέλη λεγομένη.* I vero thymelen quum in orchestra suggestum fuis ex Pollucis fr. constet, re accuratius perpensa, eadı fere loci huius sententia constitui posse videt quae Didymi verbis ab Hephaestione laudatis co tinetur.

Hactenus mihi videor pro re satis certa tuisse habere, *parascenii* in oratione Midiana quae latera scenae, neque conclavia quaedam his onum ad vestes mutandas ubibus destinata signific sed *magnos ab utraque aedificii parte aditus ill inter theatrum proprie dictum et pulpitum sit qui extrorsum venientibus in orchestram patebа* eosdem nimirum, quos Pollux paullo inferius §. T. I. p. 405. his descripsit verbis: *Τῶν μέντοι πα δων ἡ μὲν δεξιὰ ἀγρόθεν, ἢ ἐπὶ λιμένος, ἢ πόλεως ἄγει· οἱ δὲ ἀλλαχόθεν πεζοὶ ἀφικνούμι κατὰ τὴν ἑτέραν εἰσίασιν, εἰσελθόντες δὲ κατὰ ὀρχήστραν, ἐπὶ τὴν σκηνὴν διὰ κλιμάκων ἀναβ*

49 l. l. §. 123.

versi. Patet hinc, aditus hos proxime quidem actoribus factos esse, quibus, si ex urbe aut portu agrove veniendum erat, dexter ille, si ab extera gente aut regione, hic laevus per orchestram in pulpitum patebat; quo duplici aditu, nec fine diverso, monente, ut vidimus, Vitruvio, [50] Romanorum etiam theatra instructa erant, hoc solum discrimine, quod in ipsis ii *versuris* h. e. in angulis scenaeque ac proscenii confiniis reperiebantur, contra in Graeco theatro multo anterius, neque proxime in proscenium, sed in orchestram patebant. Enimvero *itinera* haec in Graecis theatris non solis aperta fuere actoribus; per eosdem spectaturi, orchestram transeuntes, ad sedilia sua in theatri, e regione proscenii siti, hemicyclo exstructa, pervenerunt. [51] Quocirca gradus, quorum ope ad foros seu sedilia ascendebatur, aut in orchestram usque deducti erant, aut, si, quemadmodum in theatri Thuromenitani et Gabalensis ruderibus adhuc extantibus, infimam gradationem altera crepido, totam ambiens orchestram, praemuniit, scalarum a latere crepidini huic incisarum ope, cum orchestra coniungebantur. [52] Atque sic attributum illud, δημόσιος, in Demosthenis oratione, cum opposito, ἰδιώτης ὤν, quo referendum sit, facile intelligitur. Midias, queritur orator, mira audacia et impudentia

50 V, 7 extr.

51 Vid. Stieglitz. l. l. p. 552 sq.

52 Cf. Stieglitz. l. l. p. 565.

sua fretus, vel *aditus* ad theatrum *publicos*, *privatus* homo, obstruere, clavisque occludere haesitavit, τὰ παρασκήνια φράττων, προσηλῶν, τῆς ὤρας, τὰ δημόσια. Iam quae de Midiae, i agentis, consilio monet Pseudo-Ulpianus — an falso, parum refert, — certe nostrae hui plicationi minime adversantur. "Aditus, inqui scenam occlusit, ut chorum a Demosthene in ctum devio itinere per ostium externum in cogens, mora hac iniecta, ipsum choragum spe tibus deridendum proponeret." Quam mul vocabuli, *scena*, significatio sit, supra mor est. Quodsi, ex Graeci theatri structura, adit scenam alii nulli indicari hic possunt, quam *illi amplissimi in orchestram patentes*, qu Pollux meminit, quosque Didymus et Etymo auctor voce παρασκήνια intelligi oportere p piunt: ostium *externum* (διὰ τῆς ἔξωθεν εἰς de quo Ulpiani loquuntur Scholia, non eri *trium* valvarum unus, quae, Vitruvio et Polluce ribus, [53] in extremo proscenii pariete, qui p *scena* dicitur, comparentes, cum respectu ad res illos, inter pulpitum et theatrum sitos, aditus *interuos*, dici poterant *externae*; quu Ulpianus non plura, sed unum modo ostium memoret, trium valvarum *mediam*, quae *regi* pellatur, [54] ut primariam, significare eum vo

---

53 De Archit. V, 6. — Onom. IV, 19. §. 124.

54 *Valvae regiae* ap. Vitruv. l. l. coll. Poll. l. c.

duplicari licet; eandem, quam Suidas [55] *scenae* nomine designat. Qui quidem locus; iam hic demum repetendus, tantum abest, ut cum tentata a me parasceniorum apud Demosthenem explicatione pugnet, ut eam etiam confirmare videatur. Σκηνή illa, verba sunt Lexicographi, ἡ μέση θύρα τοῦ θεάτρου. Παρασκήνια δὲ τὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς μέσης θύρας. ἵνα δὲ σαφέστερον εἴπω; μετὰ τὴν μέσην εὐθὺς καὶ τὰ παρασκήνια ἡ ὀρχήστρα κ. τ. λ. Quam σκηνὴν *portam mediam* interpretetur, quae proxime sequuntur verba: *parascenia* autem τὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς μέσης θύρας: itidem de portis intelligenda esse videntur, subaudita voce θύρια; atque hic aut de ianuis ad dextram ac sinistram regiae cogitandum erit, aut de utroque aditu illo in orchestram patente. Prior ratio minus quadrare videtur ad ea quae nox subiiciuntur: "Ut disertius etiam," scenam et parascenia statim excipit *orchestra*." Interiacent enim *proscenium* et *pulpitum* sive λογεῖον. Restat igitur posterior, quae vocabulum παρασκήνια ad aditus in orchestram utrosque referri iubet, ita, ut totius loci, in quo praecipuae theatri partes enumerantur, sententia haec sit: scenae valvas scenae mediae designat; parascenia autem aditus ad mediae ianuae latus utrumque, et, ut disertius sententiam exponam, a media et utra-

XIV. p. 622 B. σιγῇ δὲ διὰ τοῦ πυλῶνος εἰσελθόντες κ. τ. λ. ac paullo post C. οἱ δὲ φαλλοφόροι... παρέρχονται, οἱ μὲν παρόδου, οἱ δὲ κατὰ μέσας τὰς θύρας.

55 V. σκηνή T. III, p. 329 *Küster.*

investigare conati sint. A quorum vel incuria negligentia vindicat nos primarii in hac re scri ris, quem ducem elegimus, doctrina et auctori cuius de hyposcenio haec leguntur c. 19. §. 124

Τὸ δὲ ὑποσκήνιον, κίοσι καὶ ἀγαλματίοις κόσμητο, πρὸς τὸ θέατρον τετραμμένοις, ὑπὸ τὸ γεῖον κείμενον. "*Hyposcenium autem columni statuis ornatum erat, theatro, quod pulpito iacet, adversis.*"

Hanc, quam prodidimus, Pollucis sentent esse, cur statuamus, paullo disertius iam expli dum est. Longe secus quidem cl. Buttmannus G ca intellexit vertitque:[56] *Die Unterbühne, we unter der Zocke der Bühne lag, war, gegen Theater hin, mit Säulen und Statuen geschm* i. e. Scena inferior, sub pulpito sita, a parte tl tro adversa, columnis et statuis condecorata era In quo tamen statim displicet vox *scena infer* (*Unterbühne*). Notissima enim res est, praeposi nem ὑπό, quum per se, tum in compositione, ut Latinorum *sub* (v. c. in *suburbium, sub*, *ban* interdum etiam id quod *prope, vicinum, finitim affine, alicui adversum* est, significare. Itaque cabulum ὑποσκήνιον pariter de loco *scenae vicin finitimo*, vel *ante scenam* sito, intelligi et expli

---

56 In Append. ad Vitruvii vers. Rodianam T. I. p.

57 V. c. ὑπηοῖος, ὑποδείελος, ὑποδέραιον, ὑποκιθα ὑποκρήνη, ὑπόκρισις, ὑποκριτής, ὑπόληψις, ὑπόρθριος, ὑ γέομαι, ὑπόρχησις, ὑπουργέω, ὑπουργία, ὑποφώνησις, ψάλλω etc.

posit: quam certe nominis potestatem vocabulum *Unterbühne*, *scena inferior*, vix admittit. Satius igitur nobis visum est, Graecum nomen retinere, in Latina certe lingua, compositis vocabulis multo minus abundante, frustra vocem quaerentibus, qua, ut Graeca ὑποσκήνιον, utraque praepositionis vis, *infra* et *prope*, ad scenam relata, contineatur.

Deinde, quam scripti codicis lectionem, τετραμμένοις, illo praeeunte recepimus, haud dubie multum ea praestat vulgatae, τετραμμένον, qua auctoris sententiae nescio quid otiosi et supervacui obtruditur. Hyposcenium enim, haud minus quam scenam, theatro, i. e. spectantium sedilibus, adversum esse, lectorum quisque, nec admonitus, intelligat; non item, nisi diserte meminisset scriptor, *statuas* (ἀγαλμάτια) in hyposcenio e theatri sive spectatorum regione positas fuisse: nam *aliorsum* etiam versae, non recte, sed *oblique* theatrum spectare poterant.

Denique extrema verba, ὑπὸ τὸ λογεῖον κείμενον, ab interpretibus ad remotius ὑποσκήνιον fere relata, rectius cum nomine proxime praegresso, θέατρον, coniunxisse me arbitror. Priori enim notioni ipsa verborum collocatio in enunciationis fine adversatur. Quibus si auctor hyposcenii locum indicare voluisset, statim, opinor, voci ὑποσκήνιον ea subiecisset. Ut nunc illa posita sunt, vix alio pertinent, quam ad explicationem ambiguae vocis θέατρον, quae, e scriptoris consilio, propria sui significatione, de aedificii theatralis parte illa orbiculata, et *logeo sive pulpito subiecta*, in qua populus spe-

ctabat, hoc loco intelligi debet. Quod quum no animadvertissent interpretes, e prava verborum h rum constructione sponte ortum esse puta errore aeque vulgarem, quo Graeci theatri hyposcenium fuisse statuitur *creditus quidam anterior logei si pulpiti paries, in orchestram descendens*, quem hinc, Polluce auctore, columnis et statuis vestitu atque distinctum esse autumant. [58] Errorem dix vix enim aliud nomen meretur opinio, et nul veteris scriptoris auctoritate fulta, et multis de ca sis, ex ipsa theatri antiqui structura petitis, repp dianda.

Etenim Vitruvio docente (V, 8.), logeum i Graecis theatris ultra decem, ad summum duode cim, pedes super orchestram assurgere non debuit, quae sane altitudo nimio magis erat modica, quam ut paries illius, quem volunt, anterior *columni* vestiretur, iisque pariete, ut sumere par est, hau altioribus, ne histriones, in pulpito partes suas agen tes, undique spectandi facultas adimeretur popul Tum autem, quam theatri partem columnae fulsi se illae putentur? Quae si vel pulpiti anteriori ad motae fuissent parieti, necesse tamen erat, ut tra bes procurrentes aut tectum quoddam sustinerent. Accedit, quod pulpitum cum proscenio e tabuli ligneis tignisque fere constructa esse superius do cuimus, quae asseres palive fulcirent, qui per or chestrae pavimenti foramina demissi, in substru

58 Vid. Stieglizii Encyclop. d. b. B. T. IV. p. 562. coll. Bulengerii Descr. Theatri l. c. p. 825.

...nibus theatri fornicatis defigerentur. Mobile ...nc fuisse sequitur, ac tum demum exstructum, ...um fabulae in theatro agerentur, quibus peractis ...risimiliter rursus dissolveretur.[59] Quod si bene ...bet, per se intelligitur, quam improbabilis sit ra... ista, quae hyposcenium pulpiti parietem nescio ...em anteriorem fuisse vult, eundemque columnis ...statuis magnifice exornat. Nec sane fugit Stieg...m explicationis huius ἀτοπία: quam ut remo..., proscenium non in *cunctis* theatris e ligno ...structum fuisse suspicatur (p. 563); certe non ...*culaneum*, in cuius parte anteriore, quam cum

---

[59] *Houelius* Voy. pitt. de la Sicile T. II. p. 37 (coll. ...h. aen. XCII, 9): "La trace horizontale indique un de ... coridors souterrains dont nous venons de parler, et dans ...uel on descend, ainsi que dans un autre semblable qui est ... la partie opposée de cet orchestre, et ils se communi...nt l'un à l'autre en passant par le souterrain. Il y a des ... quarrés, disposés suivant la direction de ce coridor; ... répondent au mur latéral de ce coridor. *Ils servaient à ...sser perpendiculairement des pièces de bois de huit à ... pouces quarrés pour supporter des poutres horizontales, ... lesquelles on mettoit des planches afin d'agrandir le ...pitum* .... Toutes les ouvertures par où l'on pouvoit ...cendre dans les coridors souterrains, étoient bouchées par ... trappes, et le sol étoit uni dans toute son étendue, lors...'on ne faisoit pas usage du pulpitum. Dans cet état, l'or...estre pouvoit servir, soit aux assemblées publiques que ... beaucoup de villes grecques on tenoit au théâtre, soit à ... cérémonies réligieuses qu'on faisoit quelquefois dans ce ... lieu qui n'étoit pas prophane chez les anciens comme ...ez nous."

aliis hyposcenium appellat, *murus depressior* cu spiciatur, [60] Sed Herculaneum theatrum ab Ro manis conditum esse constat; nos autem Graecum quaerimus, auctore Polluce. Esto tamen; Graeco rum theatra nonnulla Herculaneo eatenus fuerin similia: num *humili muro* congruum statuarum, columnarum dices ornatum? Nimirum is veterum in architectura pulchri et decori sensus sincer erat et incorruptus, ut huiusmodi ineptias, ne dicam, probarent, sed tolerarent.

Eadem fere origo, [61] nec maior est auctoritas sententiae aliorum virorum doctorum, [62] qui *hy scenium in orchestra* quaerunt, et pro loco ha bent, in quo *musici* artifices artem suam exerce bant. Locum quod attinet, qui ita opinantur, i easdem paene difficultates incurrunt, propter qu superiorem rationem reiiciendam censuimus. Neq enim columnis nec statuis ponendis idoneus fui videtur. An pulpitum sive suggestum quodda intelligendum esse dixeris, fultum illud colum in quarum intervallis statuae ponerentur? Enim

ver

60 Similem murum Houelius notat in theatro Tauromenitano l. c. p. 38. At neque hunc Graecae, sed Romanae li beri architecturae, ipsa auctoris descriptio, tum hoc loco p. 39, tum aliis multis, satis superque docet.

61 Nempe ex vitiosa verborum ὑπὸ τὸ λογεῖον κεῖται apud Pollucem quum constructione, tum interpretatione.

62 Rambachii ad Potterum T. I. p. 95 Not. Schneid et Reichenbachii in Lex. Gr. sub voce.

tale suggestum, columnis impositum, si iusta erat altitudo, *logeum*, in quo histriones partes agebant, supereminere debuisset: quod aeque verisimile ac silentium Pollucis, qui, quum orchestra dicens, thymelen eius partem diserte noret, certe hyposcenii non oblitus fuisset, quod eadem orchestra exstitisse volunt. Deinde, quae o, quis usus esset huius suggesti? Ut, inqui- , *musici* in eo stantes, dum fabula ageretur, m suam facitarent. Sed his usibus *thymelen* visse vidimus.[63] Similes autem hyposcenii, rum scriptorum, quod sciam, nemo prodidit.

Unde tandem fluxerit sententia tam diserte tra- ? — Nempe, nisi fallor, ex *Athenaei* loco (XIV, 631 f. Cas.), in quo de labente musica arte rens interloquutor, vulgi assensum et popula- approbationem pro certissimo olim mediocris ids ingenii indicio habitum esse contendit: *Asopodori* civis Phliasii[64] salso quodam di- confirmat. Qui, quum tibicinum aliquis magno li plausu excipiebatur, [65] *ipse adhuc in hypo-*

---

[63] Cf. de Thymele in theatro Graeco ad calcem Tra- . Soph. a. 1808.

[64] Scriptoris, ut videtur, antiqui, nec ignobilis, cuius sophista, praeter hunc, aliis etiam locis meminit, v. 13. p. 445 B. XIV, 9. p. 639 A. cf. Meurs. Bibl. Gr. Gronov. T. X. p. 1269 B.

[65] De tibicinum commissione, quae *ἀγὼν αὐλητῶν* dice- , cogitandum esse apparet. Vid. Demosth. in Mid. c. 30 Spald. coll. Fr. A. Wolfio in Prolegg ad Demosth. p. XCIII.

scenio moratus, "Quid hoc? ait, ingens haud dubie peccatum commiserit necesse est" (i. e. turpissime lapsus est tibicen); significans, alioquin a multitudine non tam fuisse probatum. [66]

At totam argumentationis vim, quam in narratiuncula hac fortasse quaerunt, facile intelligitur eo tantum redire, quod, quae laudavimus verba in hyposcenio, dum tibicen caneret, pronunciavisse dicitur Asopodorus. Num vero hinc, quaeso, idoneis colligi argumentis potest, ipsos tibicines in hyposcenio stetisse? Asopodorum novimus quidem scriptorem, non item *αὐλητὴν* sive tibicinem. Suspicari igitur licet, auditoribus eum interfuisse. Quo vero factum sit, ut, quum non nisi audientium unus esset, in hyposcenio versaretur, tum demum intelligi aut recte explicari posse arbitror, si et theatri Graeci partem hanc, eiusque locum et usum penitus perspectum haberemus, et facti ipsius, ab Athenaeo nimis breviter expositi, adiuncta omnia accuratius teneremus. Ceterum, quod res ipsa docet, et antea iam monuimus, ab Athenaeo non fabularum commissio quaedam, sed *ἀγὼν αὐλητῶν*, i. e. tibicinum concertatio significatur. Quod si concedas, quaerere licet, utrum omnino hic de theatro cogitandum sit; an potius de *odeo*, musico

---

66 *Καὶ πάλαι μὲν τὸ παρὰ τοῖς ὄχλοις εὐδοκιμεῖν, σημεῖον ἦν κακοτεχνίας. ὅθεν καὶ Ἀσωπόδωρος ὁ Φλιάσιος, προταλεζομένου ποτέ τινος τῶν αὐλητῶν, διατρίβων αὐτὸς ἔτι ἐν τῷ ὑποσκηνίῳ, τί τοῦτ'; εἶπεν· δῆλον, ὅτι μέγα κακὸν γέγονεν, ὡς οὐκ ἄν ἄλλως ἐν τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμήσαντος.*

ncertationibus praecipue destinato. Odei autem enam fuerit interior forma, partiumque distritio et nomina, magis etiam ignoratur. Quodsi ius sumpseris, in theatro certasse tibicines, sugstus, in quo steterint, non fuisse videtur nisi ymele, nempe idem, quem, quum fabulae agentur, musicos artifices conscendisse, veterum riptorum auctoritate, docuimus; tunique nec locum, quid? ne proscenium quidem exstrui solitum esse probabile fit.[67] Postremo, ipsa verba ad Athenaeum: διατρίβων αὐτὸς ἔτι ἐν τῷ ὑποσκηνίῳ, *dum ipse* adhuc *in hyposcenio moraretur*, ium dicterio Asopodori, τί τοῦτο; δῆλον ὅτι κ. 1. *Quid hoc? ingens haud dubie peccatum commissum est*, comparentur, verisimilem reddunt opinionem, Asopodorum, circumstantes in orbe tam cete compellantem, non in eodem, quo artifex, ggestu stetisse, sed potius, dum in aliquanto remotiore a tibicine loco adhuc versaretur, subito ultitudinis plausu audito, admirabundum, cuius probationis causam ipse ignorare simularet, eam iis qui propius abessent, aut iam diutius artifici, tam suam exercenti, operam dedissent, salse nesivisse. Nam si ipse tibicinem probe auscultasset, vana, ne dicam inepta, fuisset interrogatio. um igitur, Athenaeo teste, in hyposcenio tum geret, hyposcenium locum a tibicinis suggestu versum fuisse oportet. Neque ratiocinationis huius vis minuitur, si vel potior videatur fama de

67 cf. Nota 59.

alio dicti huius auctore, quam laudatis verbis sta-
tim subiungit Deipnosophista: οἶδα δέ τινας τοῦ
ἱστορήσαντας ὡς Ἀντιγενίδου εἰπόντος, "Novi vero
a nonnullis ad Antigenidem referri id dictum." U
enim dicti illius sal apprime conveniat viro vel d
umviris,[68] a tibiarum arte factitanda celebrati
mis, quos, ut alios taceam, e magni Epaminond
concinno dicto apud Plutarchum,[69] et tralati
illo apud Ciceronem,[70] *Mihi cane et Musis!* p
chre novimus: pensitatis tamen diligenter cunct
quae modo indicavimus, narratiunculae momen
vix credibile erit, Antigenidem ita loquutum fui
dum ipse inter tibicines, ad certamen delectos,
saretur.

Quum igitur hyposcenium nec pro muro v
pariete logei anteriore habendum, nec in orches
quaerendum esse, idoneis, ut opinor, rationibus
nobismet ipsis, et, speramus, aliis quoque pers
serimus; restat ut, quisnam ei locus verisimili
assignandus videatur, dicamus. Iam is quidem
Polluce in theatri partis huius descriptione su
allata, si eam interpretandi rationem, quam rec
rem iudico, sequaris, haud definitur. Accedit

68 Vid. Iacobsius in Animadd. ad Anthol. Vol. I. P
II. p. 57.

69 Apophthegm. T. II. p. 193 F.

70 In Bruto c. 50. coll. Erasmi Adag. p. 1538 ed.
chel. Burette in Mem. de l'Acad. des Inscr. T. XIX. p.
sqq.

in speciem levior, res, ab interpretibus non animadversa, vel silentio transmissa. Nostro enim loco, Onomastici auctor de hyposcenio, numero singulari, loquitur: τὸ δὲ ὑποσκήνιον κ. τ. λ. Paullo autem superius (§. 123. p. 423), quo loco plerasque theatri partes breviter recenset, *parascenia* statim subiicit *hyposcenia*, numero multitudinis.[71] Cuius quum discriminis insistens vestigiis, tum maxime hyposcenii ornatus, a Polluce perhibitos, cogitans, *locum scenae proprie sic dictae* (i. e. extremo proscenii parieti), *ab anteriore parte, proxime, partim a fronte, partim ab utroque latere*, unde ὑποσκήνια numero multitudinis) *hyposcenii nomine appellatum fuisse* conficiebam. Is enim locus aptus et idoneus videbatur columnarum ornamentis, quibus porticus inaedificarentur magnificae, et in quarum spatiis intervallisque statuae ponerentur et imagines. Quae quidem spatia actores, e tribus scenae ianuis exeuntes, quum transissent, ad proscenium et pulpitum, e ligno ad tempus constructa, pervenisse putandi sunt. Cui opinioni ut omnino quoddam praesidium comparem, liceat locos

71 Quem locum fortasse respexit Schneiderus (Lex. Gr. T. II. p. 756) vocabuli notionem ita explicans: *Προσκήνιον, der dem Raume (χωρίσμα) des Theaters zur Rechten und Linken der Thymele, vor der Scene im Halbzirkel, wo die Musik spielt.* Cf. Idem sub voce *Θυμέλη*. Quo utroque loco, quamvis diligenter, comparato, vereor tamen, ut, quam vocis ὑποσκήνιον significationem vel ipse auctor intellexerit, vel alius probare voluerit, lector haereat incertus.

nonnullos e theatri Tauromenitani descriptione, quam Houelio saepe nobis laudato debemus, hic apponere. Sic autem ille artibus ingenuis instructissimus scriptor in Itinerario graphico Siciliae T. II. p. 36.

"J'ai une relation manuscrite, qui m'apprend qu'en 1748 et en 1749 on fouilla le terrain en différens endroits, et qu'on y trouva une quantité très-considérable de tables minces d'un très-beau marbre qui ne pouvoit provenir que de la décoration des façades de ce théâtre, construites en briques ou en pierres et revêtues de ces tables. . . . Ce qui achève de persuader que cette magnificence a existé, c'est la *quantité de tronçons de colonnes de marbre* qu'on a trouvé en faisant cette fouille et même de marbres étrangers. . . . On voit encore des *tronçons de deux colonnes et de quelques autres dans l'extérieur du mur de l'avant-scène*. Tous ces morceaux étoient de différentes longueurs et de différens diamètres, tels qu'ils pouvoient convenir à *l'avant-scène ou à la galerie*, ainsi que l'indiquent les coupes géométrales. . . ." (p. 37.) "On trouva aussi des bases de marbre blanc, sept chapiteaux d'ordre Corinthien de trois différentes mesures; des morceaux de colonnes cannelées, des frises, des architraves, des chapiteaux de marbre blanc et *des débris de statues*."

Dicta haec excipit auctoris de orchestra et pulpito mobili sententia, quam supra descripsimus. Tum eadem charta ita pergit:

"Au dessus de ce plancher factice (du pulpitum) s'élève le socle qui portoit *les colonnes dont cet*

vant-scène étoit decorée, comme je le suppose ns la coupe de ce théâtre, Planche XCVI." et p. : 'J'ai représenté dans cette estampe cette Avant- ène ou ce Proscenium, telle que je l'ai trouvé: étoit en partie détruit: *on y voyoit encore des es et des tronçons de colonnes de granite, tous -beaux . . . . La partie supérieure de cette vant-scène me paroit avoir été occupée par des ries* ou par des chambres dont les distributions t effacées, ainsi que les places des croisées."

Denique p. 41.: "Les places des colonnes que marquées sur ce plan, *au devant des niches de vant-scène*, sont telles que ce qui en reste a pu diquer; mais celles qui sont en retour, sont pu- ent coniecturales: je les ai arrangées selon l'or- de la plus grande vraisemblance pour la deco- ion de ce lieu"

Iam vero descriptionem hanc illustrantes tabu- aereae, splendido operi adiectae, XCII. XCIV — CVI si inspiciuntur, ipse positus columnarum et pulpito distantia ita congruunt cum sententia no- , ut locum, quem Houelius, alius quippe nomi- ignarus, *scenam anteriorem* (l'Avant-scène, oscenium) constanter appellat, non esse nisi *hy- cenium* Polluci commemoratum, vero minime imile videatur. Adde quod, praeter istum locum, us nullus, neque sub pulpito, nec in orchestra, periri possit satis idoneus, cui nomen hoc com- ode tribuatur. Quo fit, ut vel Pollucis auctorita- facile nos tueremur, si quis rationem, quam ibuimus, eo impugnare vellet, quod theatri Tau-

romenitani, ipso Houelio teste frequenti, primitus quidem a Graecis constructi, multis tamen mod posthac refecti, granditàs et magnificentia, maximam partem, ab Romanis, Siciliae domitoribus, repu tenda videatur: ut iure hinc dubitari possit, utrum columnarum in theatro hoc ornamenta primi eli conditores, an aliquanto serius Romani adiunxerin Immo sic argumentemur licet: Quum dubitari ne queat, quin *Graeci* theatri descriptio Pollucis lib contineatur, ex eiusdem de hyposcenio verbis in colligitur ratione, partem hanc quum cunctis Gra corum theatris communem fuisse, tum vero eti in Tauromenitano, ante Romanorum in Sicilia minationem, a Graecis incolis exstructam esse. Ce terum eadem pars, iisdem instructa ornamentis, n Romanis defuit theatris, quod non magis Vitruvi docet, [72] quam Romanorum, quae adhuc superun theatrorum testantur reliquiae.

Vilnae.

G. E. Groddeck.

---

72 Archit. V, 7. *Supra podium columnae cum capitu lis et spiris* cet, cf. Stieglitzius l. c. p. 580 sqq.

VI.

Anfang der Odyssee.

Nenne den Mann mir, o Muse, den listigen, welcher so vielfach
Irrt' umher, seitdem er die heilige Troia verheeret:
Viel Wohnstätt' auch sah er und mancherlei Sitten der Menschen;
Viel in der Meerflut litt er des schmerzlichen Leids im Gemüte,
Schaffend sich Rettung selbst; Heimkehr auch seinen Gefährten:
Gleichwohl rettet' er nicht sein Volk, wie begierig er strebte;
Denn durch eigenen Frevel erwarben sie Tod und Verderben;
Thörichte, welche die Heerd' Hyperion's, des Erdenbeleuchters,
Schmauseten; darum beraubte der Gott sie des Tages der Rückkunft.
Diesen erzähle du uns auch ein Weniges, Tochter Kronion's.

Beiläufige Anmerkungen,
meistens für Leser des Textes.

V. 1. *den listigen*] Zu Anfang wünscht m
lich ein Übersetzer die Leser für Ungewohnte
befreunden. Geht es doch ihm selber oft, wie
dern Kunstbeflissenen bei ihren Strichen und P
ten, dafs einem aus guten Gründen gewählten
drucke sein eigenes Gefühl späterhin nicht zustir
so daf, er, um nicht ewig unzufrieden zu wer
sich gleichsam an sich selbst gewöhnen mufs. (
aus will er nur bitten, diese oft geringfügigen
merkungen nicht gleich neben der Übersetzun
lesen, nicht einmal an demselben Tage, wenn
sich nicht zutraut ein gleich scharfes Gehör i
zwei so verschiedenen Seiten wenden zu könn

Über die erst neuerlich bestrittene Bedeut
von *πολύτροπος* noch nichts zu sagen, fodert
vierte Stelle einen rein daktylischen Wortfufs,
thätigen, *sinnigen*, wofür es schwer sein dürfte
nen erschöpfendern als unsern *listigen* zu fin
Sonst würde wol niemand gern *den gewandten*
geben, der sich sowohl sinngemäfs als etymolog
(von *τρέπω*, nicht von dem im lyrischen Sprac
ter aufgekommenen *τρόπος*) dem Griechischen V
te so gut anschmiegt. Denn *πολύτροπος* umfafst z
lich den Sinn der spätern, *ἐυπέπλος*, *πολύστρο*
πολύπειρος, *ποικιλόφρων*, wie des Homerisc
ποικιλομήτης, ja des angrenzenden komischen *σ*
φις, dessen Farbe seltsame Grammatiker sich n
scheueten durch die Änderung *πολύκροτον* in
Text zu wünschen, den *pfiffigen* für den *gewan*

Eustath. Comm. Allein da Herodotus, dem (nächst dem Homeridischen Hymn. an Hermes V. 13. 439) hier die erste Stimme gebührt, πολυτροπία geradhin für *List* oder *Verschlagenheit* gebraucht (III, 124. E. wie auch Thuk. III, 83.), da die Römischen Dichter den Helden öfter *callidus*, *vafer*, *astutus* nennen, als *sollers*; da auch der älteste Isteinische Dolmetsch der Odyssee sein *versutus* nicht anders gemeint haben kann; da Odysseus selbst IX, 19 sich bedenklich von Seiten der *List* charakterisirt, (ὃς πᾶσι δόλοισιν ἀνθρώποισι μέλω, womit anderswo die παντοίους δόλους, δόλῳ ἄγρης u. dgl. übereinkommt;) da endlich *List* und *Klugheit*, jenem Zeitalter fast Synonyma sind: so wird man sich schon die unumwundene *listig* gefallen lassen. Ja, man mus es vielleicht, um des Mannes Haupt-Charakter, für welchen Horazens *providus*, etwas schwach bei seinem ersten Erscheinen recht bestimmt zu sprechen, als bleibende Ehrenbenennung, womit ihn auch Kirke zuerst begrüßt, X, 330. wofür zugleich erhellet, daſs πολύτροπος kein *multum versatus* sein kann, was hier zunächst erst gesagt werden sollte. Denn zu denken, daſs der Sänger πολύτροπος und πολλὰ eine Art von Wortspiel suche, oder daſs ὃς μ. π. πλαγχθη exegetisch stehe, fühlt sich an diesem Orte überaus unhomerisch; und ein dreimaliges *Viel* ist da übergenug, wo *Tasso* sich mit einem zweimaligen *Molto* begnügt.

Auch von ἔννεπε ließe sich dies und jenes beibringen zur Widerlegung alter Ausleger, die das Wort in einem viel niedrigern Sinne als *dicite* auf den herabgestimmten Ton des Gedichtes bezogen: eine Deutung, welche jüngern sprachgelehrten Epikern schwerlich gefiel, da sie, wie *Nonnus*, gewiſs kein Liebhaber von bescheidenen Ausdrücken ihre Werke mit εἰπὲ anfingen. Einmal indeſs weicht die Odyssee in der Anrede an die Muse von der Ilias ab: und wie könnte also die Übersetzung anders?

Das feierliche *Q.* mag sich selbst rechtfertigen,

wenngleich es im Homer nicht so gewöhnlich i
als bei den Attikern.

V. 3. *Wohnstätte — der Menschen*] Nach de
ersten Sinne von ἄστυ, *Wohnstatt, Aufenthaltsor*
wonach ἄστεα ἀνθρώπων noch in Prosa vorkomm
z. B. Herodot. I, 3. — Mettrischer Ursachen we
gen behilft sich der Vers mit Einem Verbum, wo
in auch das andere liegt, nach Hor. Epp. I, 2,
und A. P. 142.

V. 3. *Heerd*] Hinter dieser regelmäßigen Cä
sur darf man sich bei einer so unbedeutenden Wo
gar keiner Sinn-Pause, wie nach dem folgende
Worte eintritt, mit allem Fug ein Wortende
lauben. Es ist damit völlig, wie mit dem zweite
Komma in ἄναξ, Διὸς υἱὸς, Ἀπόλλων, das, wen
Utcumque autem de externis his argumentis existimabitur, residet primum illud, quod magno Batavo offensionem obiecit merito: addique praeterea debet, ex more et usu sermonis utique scribendum fuisse, βασιλῆος Ἰνάχου θυγατέρα, si quid opus fuisset nomine patris. Nam ubi, quaeso, ullum exemplum est apud bonum scriptorem *sic disiuncti* paterni nominis et *pone claudicantis*? ubinam? [1] Nimirum, quae usitatissima vulgo fuit Grae-

[1] His ante aliquot annos perscriptis, unius haud dissimi-

rum consuetudo, ut *certis locis* legitime dicerent Σωκράτης Σωφρονίσκου, Λυκοῦργος Εὐνόμου, illam nemo non videt ab h. l. alienissimam esse. Gratius etiam est, quod Herodotus, quamvis sacerdotum Tyriorum famam (II, 44) probaverit, tamen Io Phoenicibus raptam vix potuerit prisci Inachi saeculo ponere. Sed longius hoc momentum persequi nihil necesse est, quoniam, qui non proprio studio talia exquirit, plerumque ne operose quidem docenti credere potest; neque omnino credere cadit in haec studia. Illud vero, quod allaturum se Reizius promisit in Praef. p. XXII, facilius sibi quisque persuaderi patietur, antiquitatis Graecae gnarum scriptorem nullo modo Argivorum urbem aliquam omnibus rebus (ἅπασι, uti I, 91 τοῖς ἅπασι) eminentem somniare potuisse fabulosi Inachi tempore, id est ante Phoroneum, qui princeps maximo scriptorum consensu traditur homines brutorum more vagatos ad civilem societatem congregasse, quum nondum ullum Argivorum aut Argolidis nomen, nec oppida nec commercia essent; neque in talibus, velut mythis, diversa perhiberi pro libitu licuisse, inter harum rerum peritos satis constat.

Revertamur ad Pausaniae locum supra allatum, in quo Ius patrem eodem versu nominat Iasum, quo ad historici provocat fidem de mulieris in Ae-

---

lis loci recordor, etsi ex dispari genere, ap. Xenoph. Anab. I, 2, 20, ubi verba, Μένωνα τὸν Θεσσαλόν, nunc a doctis editoribus aut seclusa aut prorsus eiecta sunt rectissime.

gyptum adventu. Ibi verba, ὡς Ἡρόδοτος ἔγ(
ψεν, magnus profecto artifex erit qui demonst
quomodo sedulus Herodoti lector ita simpliciter
scribere potuerit, nisi apud illum aut τὴν Ἰώ
aut nullum patria nomen reperisset: quorum utr
sit verisimilius, num ambiguum iam videri pote
Postremo totam prooemii, sive ab ipso auctore
a primo editore praepositi, narrationem nobis p
pende, animumque adverte, scriptorem non de
et Europa a Iove raptis transformatisque agere, n
fabulas poetarum, etsi sibi notissimas attingere v
le, sed duntaxat a Persis narrata repetere, quos
tis superque erat primaria mulierum nomina n
moria tenuisse vel retulisse.

His quinquiplicatis difficultatibus pressus si q
denique opinetur, Inachum h. l. diversum a pris
illo et posteriorem quendam Argorum regem di
aut ipsum, qui aliis Iasus dicatur, novi huius eff
gii fortunam apud intelligentes experiatur. Nol
sufficit rationes explicuisse, cur verborum saepe r
mium parcus Criticus sic praefracte *negarit*, τὴν Ἰν
χου a primo scriptore apponi *potuisse*. Ad h
enim verbum *posse* hic redeunt omnia. Nam
potuit adscribi Inachi nomen, incerta semper res m
nebit; si non potuit, Valckenarii coniectura ha
dubie sequenda erit, quam ipsam fortasse Iosephi
Scaliger etiam alia de causa dudum praecepisset,
in suis ad Euseb. Animadvv. p. 29 ad compara
dum Herodoti locum descendere voluisset.

W.

VIII.

De *Davidis Ruhnkenii celebri quodam reperto litterario.*

Quam rem primum a. 1799 legebamus a *Dan. Wyttenbachio* traditam, deinde a. 1809 a *B. Weiso* multis verbis repetitam, sed acute addubitatam, imque ante apud Britannos tum a. 1806 in libro senstruo, exterorum paucis cognito, tum a. 1807 *Th. Kiddio*, qui illic sub *Philarchaei* persona latuerat, denuo ad disceptandum propositam: eam rem unc demum paullo accuratius illustrandi copiam obis faciunt *E. H. Barkeri* et *I. F. Boissonadii* miliares epistolae, superiore anno scriptae. Paullo, quam, accuratius: nam plus promittere lecturis eremur. Ad iustam enim veritatis lucem deesse idetur aliquid, quod ut quamprimum suppleatur, mnisque haec critica quaestio ad exitum perveniat, chementer optandum est; idque a nemine verius nam ab iisdem illis quattuor viris exspectari potest. uippe illis vel Museum Britannicum, vel Parisien-

sis vel Leidensis bibliothecae omne genus instrumentorum praebent, non impressorum tantum, verum etiam manu scriptorum, quae huc adhibenda esse vel una *Bastii* annotatio ad Longinum p. 651 arguit: mihi contra sors iniqua non modo tantas negavit copias, sed vix communia studiorum subsidia reliquit, quibus per omnem vitam *αὐτουργίας τις τῆς φιλολογίας* fieri cogerer. Igitur, ut alia utilia instituta mihi saepe necessariae materiae defectus disturbavit, ita, ne illam quaestionem pertractandam sumam, hoc imprimis obstat, quod supra Parte I. p. 205 narravi, numquam mihi integrum exemplar Graecorum rhetorum Aldinum in manus incidisse. Nam priore volumine olim ex Lipsiensi quadam bibliotheca satis diu sum usus; ad eam autem rem, quam quaerimus, non minus altero volumine opus est, quo Scholia in Hermogenem locupletissima [1] continentur. Sed veniamus ad propositum, quod ipsum nos longiores esse iubet, et nihil prope aliud nisi illorum virorum verba afferemus.

Primus, ut initio dictum est, *Wyttenbachius* in Ruhnkenii praeceptoris vita p. 127 edit. Leid. rem tradidit his verbis, in quibus hanc veniam petimus, ut duo tria, quae elegantissimo calamo exciderunt, inter ipsam transcribendi operam mutemus: „Rhetorum omnium, certe plurimorum, necdum seorsum editorum, adhuc una est editio Aldi-

[1] Cf. Fabr. B. Gr. IV, 31. p. 492. vet. edit. et cum desiderio mirare laudatorum scriptorum copiam.

i, eaque perrara, ut paucis in publicis, paucissimis ivatis, exstet bibliothecis, et Hemsterhusius eius emplum, quovis pretio emere cupiens ac dedita pera quaerens, per sexaginta annos nullo in biopolio, nullo cuiusquam in auctionis catalogo dehenderit. Ruhnkenius duo, quibus haec editio ntinetur, volumina, rara felicitate, diverso utrumne et loco et tempore, sibi comparaverat, et lium, ut suum, eo maiore cum otio ac diligentia ctabat. Legens Apsinem, qui unus est ex illis hetoribus, animadvertit, subito se in aliam ora iom incidere, similem eam Longini multo sibi usu gnitae: huius, ut progreditur, ita deinceps nova stigia deprehendit, locum etiam sub Longini nomine memoratum ab inedito Commentatore Aristidis Ioanne Siceliota: nihil porro dubii relinquetur, quin haec esset pars *de Inventione*, e deperdito [2] Longini opere *de Arte rhetorica*. Ut vidit, ad Hemsterhusium suum volavit, non tam eius dicium exploraturus, quam rem exploratam nunciaturus. Hic item, ut audiit et locum inspexit, rationes Ruhnkenii probavit, eumque monuit t huius inventionis laudem sibi vindicaret, men-

[2] Sic dedimus pro *perdito*, cuius vocis domicilium finitimum quidem est, sed tamen diversum. Nam *perditae* v. c. *res* supereste possunt reliquiae quaedam, quamvis corruptae; *deperditae* nihil aut prope nihil reliquum est. Pluribus in libris *de* significationem auget ita, ut rem confectam designet. Inde recte Ictus in ff ap. Gesn. h. v *Deperditum* explicat, *quod in rerum natura esse desiit.*

tione ac notitia eius in Diario Eruditorum G
prodenda. Fecit Ruhnkenius. Libellum porro
scriptis codicibus contulit, emendavit, et ad editi
fere paratum reliquit moriens. Et ne hoc fugia
rum litterarum studiosos, hic est ille *Rhetor* et *L*
nus, quem simpliciter his nominibus significavit
deinde in scriptis, maxime in altera Timaei editi

Memorabili hoc reperto quum uti cu
Weiskius, nobilem *Longini* librum de Sublimi
cum Fragmentis editurus, *Wyttenbachium* ro
ut significaret, quo in Diario illud indicium
programma evulgatum lateret, simul a quo Ap
loco et quem ad locum Ruhnkenius Longini
pertinere statuisset. Respondit *Wyttenbachius*
arium illud pro certo indicare se non posse, s
cari tamen, esse aut *Bibliothecam Scientiarum*
Diarium Eruditorum (*Journal des Savans*), an
autem vel 1766 vel paullo priorem: quippe *Hem*
husium, quocum iam torpente inventum comm
carit *Ruhnkenius*, illo anno extremum diem ol
Apsinis denique locum, quem R. germanum Lo
fetum agnorit, exstare in Aldina edit. Rhet. a p.
περὶ ἐλέους ad p. 720 *οὐκ ἐφ' ἡμῖν*. Vindiciarum om
nihil et notarum fere nihil se reperire in chartis R
kenianis, nec nisi dispersas schedulas, velut Sib
folia, unde non nisi divinando et longo ten
quis sensum eruat. Sua si essent, vix ea conqu
et pernoscere se posse, quamvis R. manum
calleat: nunc esse bibliothecae publicae, qualia
curatorum venia edere non liceat; sed, ut ali
edita, editoribus destinata esse doctis, in ipsa

eidae editionem instituentibus etc. In his angustiis quid trepidarit aut egerit *Weiskius*, apud ipsum iucundius legetur in Praef. ad Longinum p. XIX — XXIV. Ad extremum is, quasi re desperata, et magnarum umbrarum nihil reverens, ipsum inventum in humani erroris suspicionem adduxit. Iam, *pro suo sensu*, nihil habere longissimum locum illum simile τοῦ περὶ ὕψους; breviorem tamen locum, ut *ex Ruhnkenii sensu vel coniectura*, Fragmentis subiecit inde a p. 713 usque ad p. 715, a verbis *Οὐκ ἐλάχιστον δὲ μέρος* ad illa *τῇ τῆς ὑποκρίσεως ἀρετῇ πρέποντα*, quibus vulgo Fragm. VIII finitur. Tum enim, quum typographo paranda esset haec appendix, Leidense responsum nondum acceserat, neque ante illud nec posthac invenire ullo modo potuit Diarium, in quo reperti ratio reddita et detectae fraudis fines definiti essent.

Iam triennio ante quam haec a *Weiskio* referentur, *Criticus* seu *Censor Britannicus* (*The British Critic*) Vol. XXVII. a. 1806 p. 574 ss. eruditam epistolam attulit, hac argumentorum summa: Apsinis scriptum illud de Arte rhetorica, in Tomo I. Aldinorum Rhetorum 1508 a p. 682 ad p. 726 subditius rhetoris nomine editum, aliquamdiu totum ab ipso quoque Ruhnkenio haud diversi auctoris habitum esse; id intelligi ex eius Diss. de Antiphonte a. 1765, ubi p. 719 Aldi citatur p. 807 edit. Reiskianae,[3] ex Historia oratorum Grr. a. 1768, ubi

3 Qui eam Diss. in Gr. orr. Vol. VII recepit, quam-

p. LXXIII citatur Apsinis Ars rhet. p. 707, et p. LXXXI, ubi p. 708, tum ex Annotatt. in Rutilium L. p. 64, ubi p. 687: iccirco non multo ante annum 1776, quo capitalem Diss. de Longino scriberet, [4] illam ipsi coniecturam natam esse; ibi demum Τέχνην ῥητορικὴν quandam inter Longini deperdita numerari, additis paucis verbis, quae rationis alibi reddendae spem facerent; ex eaque Arte, velut Longini, mox in c. XI de Subl. petitam ab eo esse aliquot verborum emendationem, a Cornubiensi Critico [5] neglectam; denique in Timaei altera editione a. 1789 quinque locis (omnia haec loci etiam Weiskius attulit) eandem Τέχνην sub Longini nomine palam simpliciterque laudari. Praeter haec notat *Philarchaeus*, a *Wyttenbachio* parum recte Aristidis commentatorem vocari Ioannem Siceliotam: in Aristidem quidem inedita Scholia custodiri in bibl. Leidensi, unde plura excerpta dedisse *Valckenarium*, *Abreschium*, *Io. Luzacum*; [6] sed nihil horum Scholiorum ab ullo eorum isti Ioanni adscriptum reperiri. Atque hoc Kiddius verissime. Aper-

---

vis gnarus piae fraudis academicae, praescripto ostensionali nomine *P. van Spaan*, quem auctorem item *Harlesius* prodidit in Fabr. B. G. T. II. p. 751, addens sub Ruhnkenii praesidio *ventilatam*. Ipse titulus libellum *publico examini subiicit*: sed verbum *ventilandi* ex Germanorum usu loquendi significantius est de multis disputationibus, eius generis.

4 „With which *Toup*, and of course *Harles*, has very politely complimented *Peter John Schardam*."

5 *I. Toupio.*

6 De Epistatis et Proedris Att. p. 105.

is est memoriae lapsus vel potius calami, siquidem uditisse. *Wyttenbachius* ignorare minime potuit, o. Siceliotae Scholia in Hermogenem, non in Ari- idem exstare, illaque ab adolescente Ruhnkenio arisiis ex C. Falconeti codice descripta esse, saepe osthac ab ipso citata. [7] Ceterum Kiddius quoque uerelam affert de frustra quaesito Diario, in quo i mentio facta esset; factam autem videri aut ver- nte a. 1768, aut ineunte 1769: in qua ratione et liquis praeclarum virum et opinio et tota res fe- llit, uti mox videbimus.

Similia autem his et aliis, quae consulto omit- mus, paullo post suo nomine strictius disseruit *iddius*. At illud ante, quod nobis de alio quodam udito Britanno narravit *Barkerus*. Huius amicus le adhuc a. 1815 per litteras querebatur, etiam sibi ultum et diu rimanti nusquam inventum esse . programma, de eoque inveniendo iam litteratis- mum *Porsonum* desperavisse.

Kiddius ergo inter plura in Praef. ad *Opusce. uhnkeniana*, edit. Lond. 1807. p XXVII haec scri- t: „Cuinam Diario Eruditorum R. indicium suum npertiverit, me, licet anxia diligentia quaeritantem, rorsus effugit; in illis autem Aldinis paginis ru- ra quaedam et fragmenta latere ex *Longini* opere *Arte rhetorica*, et rhetoris huius germanos fetus se," (ita plane tamquam *de suo iudicio* pergit)

---

7 Ut de Antiphonte p. 804 R. in Notis ad Timaeum 102, ad Xenoph. Memorabb. etc.

„produnt dicendi formae, disputandi ratio, habitus denique et color orationis per omnia Longino simillimus; atque testimonio suo confirmat amiceque conspirat Scholiastes unicus in Hermogenem typis descriptus, quem haud ita pridem in Censore Britannico indicavi, et iterum aequi lectoris iudicio sistam:

Apsines secundum Rhet. Gr. Ald. I. 715.

ὅσα δὲ σχήματα τῶν ἐννοιῶν ὀνόμασται· οἷον, προδιόρθωσις, ἀποσιώπησις. παράλειψις. εἰρωνεία ἠθοποιία· ἅπαντα ταῦτα οὔ μοι δοκεῖ δικαίως σχήματα καλεῖσθαι, ἀλλ' ἔννοιαι καὶ ἐνθυμήματα, καὶ λογισμοῦ τοῦ πιθανοῦ χάριν καὶ πίστεων εἴδη. τὰ μὲν γὰρ προοιμίων ἔχει δύναμιν προδιόρθωσίς τε καὶ ἐπιδιόρθωσις, ἡ δὲ παράλειψις τὸ ἀξιόπιστον ἐνδείκνυται· καὶ μέρος ἂν εἴη τῆς παθητικῆς τε καὶ ἠθικῆς ἀποδείξεως τῇ τῆς ὑποκρίσεως ἀρετῇ πρέποντα.“

Longinus secundum Schol. in Hermogenem inter Aldi Rhet. Gr. II. 380.

καὶ δὴ λογγῖνος ὁ φιλολόγος ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ μόνης τῆς λέξεως εἶναι λέγει τὰ σχήματα αὐταῖς λέξεσι φάσκων οὕτως, ὅσα σχήματα τῶν ἐννοιῶν ὀνόμασται. οἷον προδιόρθωσις, ἐπιδιόρθωσις. ἀποσιώπησις. παράλειψις. εἰρωνεία εἰθισπολα ἅπαντα ταῦτα οὔ μοι δοκοῦσι δικαίως σχήματα καλεῖσθαι ἀλλ' ἔννοιαι καὶ ἐνθυμήματα καὶ λογισμοὶ τοῦ πιθανοῦ χαρίου, καὶ πίστεως εἴδη· τὰ μὲν γὰρ προοιμίων ἔχει δύναμιν ἐπιδιόρθωσις τε καὶ προδιόρθωσις ἡ δὲ παραλεῖψις τὸ ἀξιόπιστον ἐνδείκνυται· καὶ μέρη ἂν εἴη τῆς παθητικῆς τε καὶ ἠθικῆς ἀποδείξεως τῇ τῆς ὑποκρίσεως ἀρετῇ πρέποντα.“

Ecce tandem nuperrime a *Boissonadio* repertum est Ruhnkenianum programma, et repertum ibi, ubi primum quaeri debuerat, in priore illorum librorum, quos *Wyttenbachius* satis tenaci memo-

tia *Weiskio* significabat, in *Bibliothèque des Sciences et des beaux Arts — à la Haye, Vol. XXIV. P. I. a.* 1765 *p.* 273. Sed ipsa verba hic accurate adscripta volent multi, quibus forte illud volumen non erit in promptu. Praemittitur primum a Bibliothecae editoribus breve elogium *Ruhnkenii*, cuius statim etiam Hesychius altero tomo absolutus multa cum laude recensetur; deinceps haec sequuntur, a R. scripta:

Il y a quelques mois que lisant Apsinès, Rhéteur Grec, qui se trouve dans la Collection qu'Alde Manuce a donnée de plusieurs autres ouvrages de cette espèce, je fus surpris de voir le style changer tout d'un coup au milieu du livre. J'y reconnus non seulement la marche de Longin, mais plusieurs expressions qui lui sont particulières. Continuant ma lecture je tombai sur un assez long passage, que je me souvins d'avoir lu dans le Scholiaste d'Hermogène, et dans le commentaire non encore publié que Jean Siceliote a fait sur ce même Hermogène. Ce passage y est cité non sous le nom d'Apsinès, mais sous celui de Longin, et tiré du livre qui a pour titre, Λογγίνου Τέχνη ῥητορική. Voilà donc un ouvrage de Longin que nous venons de recouvrer, et que tout le monde croyoit perdu. Il existe en entier à l'exception du premier Chapitre de l'invention, où il paroit manquer quelque chose. L'ouvrage est digne de Longin, et n'est point inférieur à son admirable traité sur le Sublime. J'ignore par quel hazard ce livre a été inséré au milieu d'un ouvrage d'Apsinès. Il y a

apparence qu'ils se sont trouvés réunis dans un même volume, et que le relieur qui devoit le placer avant ou après le livre d'Apsinès, l'a placé au milieu. Cette erreur a passé dans les autres Manuscrits et dans l'édition d'Alde. Malheureusement cet ouvrage a été fort corrompu par les copistes. Il y a même par-ci par-là des lacunes indiquées par Alde; mais je me flatte que les MSS. d'Italie et de France, que je fais consulter, y suppléeront. J'ai déja rempli quelques unes au moyen des variantes que j'ai tirées de la bibliothèque de Wolfenbuttel. Je me propose de publier cet ouvrage au plutôt, collationné avec plusieurs MSS., corrigé, et avec mes remarques et une traduction Latine.

Obiter hinc discimus, quid sibi velit formula *du plutôt*, ὁμώνυμος illa fere Latinae voci *propediem*, qua *Albertius* ad Hesych. T. II. p. 1262 sub annum 1760 promittebat Ruhnkenii curis prodituram Scholiastem Platonicum, qui tandem 1800 post mortem illius nudus ex Luchtmansio prelo evolavit. Evolavit is tamen, dum *P. Fonteinii* Amstelodamensis editio Theophrasti characterum, sub eundem annum 1760 ab *Wesseling.* ad Herodotum similiter promissa, adhuc eruditis scriniis premitur.

Nunc leniter, puto, subrideret egregius cunctator, si gratam sui memoriam apud bonos doctosque relictam eo videret valuisse, ut tot per annos a tot viris quasi ex quisquiliis quaereretur lapillus, quem ipse expolire et in lucem proferre tam diu neglexisset. Id vero satagere decebat litteratores, qui patrum avorumque aetate multo minutiora et viliora

nimiis studiis venari soliti, hodie hoc totum genus superbe fastidiunt, ex quo non quotidie magnum aliquid proloqui licet. Nondum autem his patefactis rem ipsam plane confectam esse, ab initio monuimus. Nam, ut vera sit R. coniectura, iam novis curis dispiciendum erit, utrum in illis paginis mera Longini verba agnoscenda sint, an ab alio seu eiusdem aetatis seu posterioris rhetore excerpta suoque usui accommodata. Pro consilio indicii sui R. fortasse sibi haud plus dicendum putarat; sed denuo inquirendum erat aliis, ut *Belino de Ballu*, qui Parisiis 1813 Historiam Graecae eloquentiae admodum prolixam edidit, in qua tamen tum alia desideres, tum ipsam Longini nostri notitiam. Restat igitur in posterum diiudicanda res aut iis, quos supra nominavi, aut cel. *Creuzero*, qui in his quidem a me disputatis nihil exulceratum videbit. Illi enim hanc paginam scribens audio e nostro *Wilkenio* ad manum esse Aldinorum rhetorum plenum exemplar, quod nunc unicum esse videtur in Germania, servatum Heidelbergae inter libros Graevianos, eidemque viro etiam ad codices variarum bibliothecarum facilior aditus esse solet.

Postremo non defore opinor qui exspectent dum diversam nec leviorem ingrediar controversiam de ipsius libelli *περὶ ὕψους* auctore, de quo vulgarem fidem nuper sic labefactavit *Hier. Amatius* Romanus, ut plures iam aut Anonymum aut quemlibet certe potius quam Longinum usurpent citando. Mihi vero non ita *παρέργως* eius quaestionis pondus excipere libet, nec tamen nihil adiicere, quo nova

haec suspicio saltem ad modestiam doctae inquisitionis redigatur. Ac facile quidem foret doctissimi viri opinionem de Augustei aevi scriptore refutare, si verum esset de voce ἀλληγορία, non ante Plutarchi aetatem usurpata, Ruhnkenii iudicium in Timaei Lex. p. 144. (200) prolatum, a pluribusque deinde repetitum firmatumque, ut a *Fischero* in Praef. ad Demetr. περὶ ἑρμ. p. VIII: sed illa in re erravit Criticus alias consideratissimus, Ciceronis immemor sui, apud quem idem vocabulum bis legitur, quod semel ab illo scriptore, Longino, positum est. Quocirca tibi alia indicia erunt quaerenda, ut eius libri aetatem probabiliter definias, imprimisque inter laudatos auctores illustrandus *Ammonius*, cuius cap. XIII mentio fit, quem incertum adhuc interpretes reliquerunt quis sit inter plures, qui eodem nomine clari fuerunt post veterem Aristarchi successorem Alexandrinum; etsi primum legendo quisque de aequali *Sacca* cogitandum putabit. Denique omnino fateri non pudet me non nimis magnifice sentire de eo libro, quem docti plerique, splendidis aliquot locis et illustribus sententiis capti, ne dicam occaecati, certatim laudibus extulerunt, atque adeo in ipsa eius dictione totaque arte scribendi et philosophandi plura Longiniani aevi vestigia videre, nulla Augustei.[8]

D. 3. Mart. 1819.

W.

---

8 Non poenitebit cum his nostris contulisse ea, quae de eadem re scripsit *C. D. Beckius* in Actis Soc. phil. Lips. a 1811. p. 356. ss.

IX.

De nonnullis fabularum Euripidis deperditarum titulis.

Epistola Frid. Osanni ad Aug. Matthiaeum.

Regium antiquitatum museum, quod Parisiis est, perlustranti nuper mihi inter alia summae artis monumenta, quibus post iustam alienarum rerum repetitionem etiamnunc abundat hoc artium sacrarium, etiam obtulit se celebratissima illa Euripidis statua vel, ut rectius loquamur, opus anaglyphum, quod ex villa Alexandri Albani, incomparabilis quondam artium fautoris, in hoc artium antiquarum domicilium concessit. Quod monumentum ea, qua elaboratum est arte non solum insigne, sed magis etiam Euripidis fabularum tabula, quum conspicerem, tui, vir praestantissime, statim memineram tuorumque laborum in restituendis eius poetae reliquiis praestitorum praestandorumque; ac postquam propius accesseram, examinare marmor accuratius coepi, fore sperans, ut novum qualecumque inde ad-

miniculum eruerem, quo poetae fabularum tituli vel corrigerentur, vel etiam earum numerus augeretur. Quo ex labore quum nonnulla, quae resarciendis poetae reliquiis non inutilia viderentur, profici statim intelligerem: consilium cepi has animadversiones communicandi tecum, qui limatiore pollens iudicio possis iudicare ipse, an poetae reliquiarum, quibus instaurandis nunc invigilas, aliqua hinc redundet emendatio. Ut tuo autem nomini observationes has qualescumque auderem inscribere, non veritus arrogantiae crimen, fecit tua erga me humanitas, quam mensibus abhinc paucis Altenburgum peragrans expertus sum singularem.

Notissimum id est opus, de quo agimus, saepiusque tabulis aereis redditum, Euripidem sedentem exhibens, ex quo Winckelmannus Monumm. antich. ined. n. 168 primus edidit, verboque nuper tetigit Viscontius Descript. des Antiques du Musée Royal, à Paris 1817. n. 48. p. 20. seq. Atqui inscriptio marmoris quantum corrigendis augendisque Euripidearum fabularum titulis profuerit, etsi scite Winckelmannus verbo annotaverat, tamen incredibili editorum socordia factum est, ut hae copiae et sua fide et utilitate insignes plane adhuc iacerent. Quas, age, paucis deinceps percenseamus. Id velim etiam additum, ipsum anaglyphum ad nostram aetatem pervenisse videri imperfectum, quum alterius lateris particula subter ultimum titulum ΟΡΕCΤΗC, quem excipere debebant reliqui, relicta sit vacua.

Primum quum *Alopae* titulus in marmore com-

reat, *Cercyonis* autem desit omnino, haud parum aesidii nanciscitur coniectura Valckenarii Diatr. cap. p. 12. seq. fabulam statuentis *Alopae* nomine plues, *Cercyonis* quinquies tantum Eustathio, et substae quidem fidei locis laudatam, non *Cercyona*, id potius *Alopam* fuisse inscriptam. Atque huius rgumenti, quod Alopae nomine narrat Hyginus fab. 37, fabulae eodem titulo inscriptae in antiquitate rebantur etiam Carcini, teste Aristotele Eth. ad licomach. VII, 7. p. 175, 3. et Choerili, de cuius fabula cf. Pausan. Attic. p. 34.; etsi non tacendum st, iam Aeschylum docuisse *Cercyona*, quod tamen drama fuit satyricum: vide Fabr. Bibl. Gr. T. p. 179. Harl. Euripidis autem drama fuisse traci generis, non satyrici, quae ex eo supersunt, sas evincunt.

De *Alexandrae* titulo, quod ego quidem sciam, emo adhuc dubitavit, quamquam qui rem accuratius considerasset, offendi debuisset loco Schol Hipol. 58. inspecto, unde apparet, chorum huius fabulae e pastoribus compositum fuisse. Verba Scholiastae sunt: *ἕτεροί εἰσι τοῦ χοροῦ καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ ποιμένες.* Qua enim ratione ad Alexandram, ius argumentum Hyginus fab. 92. concise tradit, astorum chorus pertinuerit, mihi certe non liquet, que Alexandram fabulam, si qua fuit, tragoediam uisse, fragmenta eius docent luculenter. Sed eiusodi difficultates notare vel, si fieri posset, explicare agicorum poetarum editoribus nonduim placuit. im autem quum loco *Alexandrae* tituli marmori ΑΛΕΣΑΝΔΡΟΣ (sic) insculptum reperiamus, etiam

magis dubium fit fabulae nomen. Sunt autem ex tragoediae fragmentis aliquot, quae ad fabulam, cuius argumentum Cassandra fuerit, videntur pertinuisse, veluti fr. 5. et 22. de quibus vide infra. At contra reperiuntur plura, quae quoniam cum Cassandrae argumento conciliari vix potuerint, iudicabis ipse, annon ea ad *Alexandrum* fabulam, primum e marmoris inscriptione cognitam, relata aptius explicanda coniecerim. Ut aliorum dramatum deperditorum argumenta Hyginus saepe nobis retulit, ita huius quoque fabulae iacturam quodammodo lenivit argumento, ut videtur, exposito in fab. 91. his verbis, quae quamvis paulo sint longiora, tamen adscribam, quo scripturae aliquot vitia notentur: *Uxor eius* [Priami] *praegnans in quiete vidit, se facem parere, ex qua serpentes plurimos exisse. Id visum omnibus coniectoribus quum narratum esset, imperant quicquid parereti necaret* [fortasse *necaretur* vel *necarent*], *ne id patriae exitio foret. Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus; quem satellites misericordia exposuerunt. Eum pastores pro suo filio repertum* EXPOSITUM[1] *educarunt, eumque Pa-*

[1] Esse vix credo qui vocabulum *expositum* e margine irrepsisse statuenti mihi magno adversetur opere. Glossae marginum ipsis contextis quantopere fraudem fecerint, non quo demonstrem, sed quo ad detegendas et eluendas optimorum scriptorum maculas studeam conferre, aliquot locos notavo, quibus eusmodi squalor margini reddendus adhuc inhaeret.

n nominaverunt. Is quum ad puberem aetatem rvenisset, habuit taurum in deliciis: quo quum

---

. Veluti Cic. de Or. 2, 46, 193. *Sed ut dixi, ne hoc in bis mirum esse videatur, quid potest esse tam fictum, am versus, quam scaena, quam fabula? tamen in hoc nere saepe ipse vidi, quum ex persona mihi ardere uli HOMINIS HISTRIONIS viderentur.* Alterutrum cabulorum, quae notavi, insititium esse, facile apparet: ilim equidem posterius. Etiam de Graecis indicabo aliquot ssemata, quibus scriptoris, qui ad manus modo est, con- ta turpiter contaminantur. Philostrat. Iun. Imag. 4 init. 867. Olear. *Ζητεῖς ἴσως τίς ἡ κοινωνία δράκοντός τε, ὃς ἐν- ῦθα πολὺς ἀνέστηκεν, ἐγείρας τὸν πῆχυν, κατὰ νῶτα δαφοι- ς, καὶ γένεια καθιεὶς ὑπ' ὀρθῇ καὶ πριονατῇ τῇ λοφιᾷ,* ΕΠΩΝ *τε δεινῶς* ΔΕΔΟΡΚΩΣ, *καὶ ἱκανὸς εἰς ἔκπληξιν ἀγα- ίν.* Quis non videt *βλέπων* glossam vocabuli *δεδορκὼς* esse, et instaurandum orationis tenorem *καὶ* ex Aldina post *τε* insen- ndum esse? Ac verbo *βλέπειν* lexicographi exquisitius *δέρκειν* lent interpretari, veluti Suidas T. 1. p. 526. Kust. *Δέργμα βλέμμα, ἐκ τοῦ δέρκω, τὸ βλέπω,* idemque v. *Δέρκειν.* Vide iam Hesych. v. *Δέρκειν,* ubi nonnulla Albert. T. 1. p. 918. notavit, et Schol. Aristoph. Plut. p. 76. ed. Caldor. Schol. ed. Philostr. Imag. 1, 3. Codicis Parisini 1698., quem me- orat Boissonad. ad Phil. Heroic. praef. p. 1: *καὶ δέρκομαι οιητικῶς τὸ βλέπω.* Philostrat. Imag. 2, 17. p. 858. quem cum plenius describam: *Οἱ ἄνθρωποι ταῖς αἰθυίαις ἐπιτίθεν- κι, μὰ Δί' οὐ τῶν κρεῶν ἕνεκα, μέλαν γὰρ καὶ νοσῶδες, καὶ ὐδὲ πεινῶντι ἡδὺ τὸ ἐξ αὐτῶν κρέας. γαστέρα δὲ παρέχονται αισὶν ἰατροὶ* [ita pro *ἰατρῶν* scripsi iubente ipsa verborum nctura, nisi etiam *οἱ* addere velis], *οἵαν τοὺς γευσαμένους ὀστῆς εὐσίτους ἀποφαίνειν καὶ κούφους. ὑπνηλαὶ οὖσαι καὶ πυ- ιάλωτοι* [vocabulum hoc sine causa suspectum adde lexicis] *ὑκτωρ γὰρ αὐταῖς ἐναστράπτουσι, προσάγονται τὸν πήϊκα,*)PNIN, *ἐπὶ μοίρᾳ τῶν ἁλισκομένων* etc. Ut hic *ὄρνις,* mani-

satellites missi a Priamo ut taurum aliquis adduceret, venissent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, poneretur, coeperunt Paridis taurum adducere. Qui persecutus est eos et inquisivit, quo eum ducerent: illi indicant se eum ad Priamum adducere [f. abducere]*ei* [ita ex probabili Barthii et Tollii coniectura, quam etiam Munckerus approbavit], *qui vicisset ludis funebribus Alexandri. Ille amore incensus tauri sui descendit in certamen et omnia vicit, fratres quoque suos superavit. Indignans Deiphobus gladium ad eum strinxit: at ille in aram Iovis Hercei insiluit. Quod quum Cassandra vaticinaretur eum patrem esse, Priamus eum agnovit regiaque recepit.*

Posito hoc Alexandri argumento videndum annon ea, quae ex Alexandra vulgo laudantur fragmenta, ad Alexandrum fabulam aptius referantur. Ex Hygini traditione facile apparet, satellitibus sive servis, quibus Alexandrum infantem necare imposi-

---

festa glossa, contexta occupavit, ita etiam factum suspicor alio loco, etsi de hoc possis dubitare, Philostr. Epistol. 46. p. 935. *Ξένη καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος, καὶ ἡ ἀηδὼν τοῦ ἄσματος — καὶ Ὁ ΟΡΝΙC ὁ φοῖνιξ τῶν Ἰνδῶν.*

Idem Vit. Soph. 1, 18, 3. p. 509. *σαφηνείας τε γὰρ φὼς ἐν τῷ λόγῳ ἔπαινος Αἰσχίνου καὶ ἁβρὰ συμπλοκὴ, καὶ τὸ ἐπίχαρι σὺν δεινότητι* etc. Textum Olearius dum restituere volebat additis ex aliquot Mss. verbis *ἔπαινος Αἰσχίνου*, quae in editis deerant, misere corrupit. Facile enim intelligitur, haec verba, quae enunciationis tenorem turbant, e margine in textum migrasse. Addo, quod nunc video, omitti ea verba etiam in duobus codicibus Paris. Regiis, altero 1696, altero 1760.

m erat, non potuisse non in extremo fabulae par-
s dari, quum cognito a parentibus Alexandro fu-
it manifestum, eos contra Priami Hecubaeque ius-
infantem exposuisse atque hoc modo conser-
isse. Parentibus autem, quum reperto filio, quem
ter mortuos esse sperabant, non admodum gau-
rent, bilis facile commoveri hunc in modum po-
rat, ut servos, quod mandatum posthabuissent, in
sa scaena increparent verbis. Quo pertinent ea
bulae fragmenta, quibus in servorum genus con-
cia continentur, veluti est fragm. 7.

ὦ παγκάκιστοι, καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ κεκτημένοι.

Rem etiam magis comprobant ea fragmenta,
ibus inepta servorum prae heris sciolorum sa-
ntia perstringitur, ut fr. 6. ubi Hecuba, ut vide-
r, Priamum his alloquitur:

Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμε, ὅμως δέ σοι λέγω·
δούλου φρονοῦντος μᾶλλον ἢ φρονεῖν χρεών,
οὐκ ἔστιν ἄχθος μεῖζον, οὐδὲ δώμασιν
κτῆσις κακίων, οὐδ' ἀνωφελεστέρα.

nfer etiam fr. 10.

δούλους γὰρ οὐ
καλὸν πέπασθαι κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.

lde fr. 8 et 9. Atque quo pertineat habet iam
is quoque *εὐγενείας* prolata fr. 12.

Etiam liquet quam apte Priamo mentem suam
claranti reperto filio exstupefactam tribuantur
rba fr. 18.

Ἑκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται
θνητοῖσιν, ἔλκει δ' οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ τύχας.

Ad quam Priami declamationem etiam pertinet fr. 2.

χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαι σέγ' ἢ κακόν.

Iam quum Alexandrae vaticinio Alexander Priami filius cognosceretur, non potest non Cassandra infortunia patriae domus ex uno Paride originem trahentia fatidico ore cecinisse: quo referenda sunt ea fragmenta, de quibus supra monitum, 5.

Οἴμοι, θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,
ὃ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία,

et 22.

Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός,
καὶ πρὸς παθόντων, κἂν κακοῖσι κειμένων·
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ, μαίνομαι.

Omnia haec commenta etsi nonnisi coniectura nituntur, tamen ita mihi videbantur verisimilia, ut subiecisse ea aliorum iudicio certe non pigeat Alexandri fabulae, cuius argumenti etiam tragoedia inter deperdita Sophoclis dramata numeratur, titulum aliquo certe modo mihi videor stabilivisse, de locis, quibus Euripidis *Alexandra* pro *Alexandro* memoratur, accuratiorem nunc mittens quaestionem. His autem coniecturis aliam etiam hac in clausula disputationis nostrae addere placet de aliquot versibus ex tragoedia incerti auctoris Latina a Cic. de Or. 3, 26. et 58. laudatis, qui in fabula aliqua *Alexandro* ad Graecum exemplar composita, ni admodum fallor, locum habuerunt. Sunt enim hi versus Euripideae *Alexandri* argumento ita congrui, ut non possis non eos existimare hinc esse sumptos. Prior statim,

Nam sapiens virtuti honorem praemium, haud praedam petit,

ludos funebres in Alexandri memoriam institutos videtur spectare, e quibus ipse Alexander victor decesserat. Mox quum eam ob rem victori ad aram Iovis Hercei refugiendum esset, commode ab eadem, ut videtur, persona exclamabatur, quod a Cicerone servatum,

Ecquid video? ferro septus possidet sedes sacras.

Alexander autem arae insidens deorum hominumque auxilium his implorat:

Quid petam praesidi.

Sequitur statim Cassandrae vaticinium anapaestis constans:

O pater, o patria, o Priami domus!
Haec omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari.

Quid de *Antigonae* titulo bis in lapide obvio statuendum sit, me, ut libere fateor, adhuc fugit. Quominus cum Winckelmanno l. l. duas easque diversi argumenti existimem fabulas ab Euripide eodem inscriptas esse nomine; caussa fuit veterum silentium diversi huius argumenti: nec credibile fit, Euripidem utramque Antigonam, si scripsisset, adiecto epitheto quopiam non accuratius distinxisse, ut in Iphigeniis scite fecit. De duplici eiusdem fabulae recensione si nolis hanc tituli geminationem intelligere, vide an fortasse *Antiopae* titulus, qui in marmore deest, lapidario fraudi fuerit, qui *Antiopae* loco *Antigonam* repetierit. Sed hoc mittimus ut nimis incertum.

dicis addens, qui praecedant versus, adscribendi quum insignem lectionis varietatem praebeant:

Βούλομαι εὖ μάλα σεμνὸς ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν, ἢ πλουτεῖν ἀδίκως.

Codex post *βούλομαι* addit *δ'*, in quo non diu morandum. Difficilius est, hexametro foedissime claudicanti restituere integritatem suam: nos quidem abstinemus. Ad verba Aristotelis *οὔθ' ἕσπερος οὔθ' ἑῷος*, quae hexametri clausulam constituunt, modo corrigas *οὔτε ἑῷος*, Scholiasta vetus codicis Aristotelis Parisini 1854. docte animadvertit: *τοῦτο ἐκ τῆς Εὐριπίδου σοφῆς Μελανίππης· λέγει γὰρ ἐν αὐτῇ· δικαιοσύνη τὸ χρύσεον πρόσωπον.* At rectius pleniusque Scholiasta laudatus codicis Paris. 2023: *Τοῦτο Εὐριπίδου τῆς σοφῆς Μελανίππης· λέγει γὰρ ἐν αὐτῇ· δικαιοσύνης τηλαυγὲς χρυσοῦν πρόσωπον.* Quod tamen fragmentum qua ratione cum illis Aristotelis verbis *οὔθ' ἕσπερος* etc. cohaereat, me quidem fugit: ideo tecum, vir sagacissime, qui eiusmodi difficultates scias expedire, hoc volui communicare.

Restat fabulae titulus ex uno hoc lapide cognitus, quem praeter Winckelmannum l. l. p. 295 nemo adhuc notavit. ΕΠΕΟΝ dico, cuius nominis nulla veterum poetarum dramaticorum, quod quidem sciam, fabula exstat. De eius argumento, quod Winckelmannus verbo indicavit, dubitari non potest, quum praesertim qui sit Epeus neminem his litteris occupatum lateat. Ex quo uberrimo Troiae excisae argumento poetas dramaticos rem saepe petiisse credibile est, ac re vera comprobatur titulo et

fragmentis Romanae Naevii tragoediae, *Equi Troiani*, de qua disputavimus in Analectis nostris crit. p. 5. seq. Quam fabulam, si coniecturam de ea licet facere, compositam esse possis credere ad illud Euripidis exemplar, quod inscribebatur ΕΠΕΟC. Atque quantopere hoc argumentum poetis veteribus decantatum fuerit, concludi potest ex loco Plauti perquam festivo in Bacchid. 4, 9. ad Graecum exemplar, ut videtur, expresso, cuius versus 11 — 13 huc maxime pertinent:

Nam ego has tabellas obsignatas, consignatas, quas fero,
Non sunt tabellae, sed equus, quem misere Achivi ligneum.
Epeus est Pistoclerus: ab eo haec sumpta, Mnesilochus si non est.

Fons totius fabulae ex Homero derivandus est, qui Epeum duratei equi auctorem una cum Pallade memorat Odyss. ϑ, 492. Cf. Philostrati memorabilem locum Heroic. p. 718. Olear. ibique Boissonad. pag. 166. Caeterum de Epeo praeter alios vide Lucian. Hipp. 2. T. 3. p. 68. Reitz., et quos laudat Ruhnken. ad Velleium 1, 1. p. 3. Suidas v. *Δουράτειος* et *Δούρειος* T. 1. p. 621. Schol. Aristoph. Av. 1128., cuius verba inserto mendose vocabulo *δούριος* adhuc inquinantur; annotat is enim ad *ὅσον ὁ δούριος* Aristophanis: *Οὐ πιθανὸν κοινῶς λέγειν αὐτόν· ἀλλὰ περὶ τοῦ χαλκοῦ τοῦ ἐν ἀκροπόλει. ἀνέκειτο γὰρ ἐν ἀκροπόλει ΔΟΥΡΙΟC ἵππος, ἐπιγραφὴν ἔχων· Χαιρέδημος Εὐαγγέλου ἐκ Κοίλης ἀνέθηκε. δύναται δὲ ὁ ἐν Ἰλίῳ λαμβάνεσθαι· ἐν ἀκροπόλει δὲ χαλκοῦς ἵππος ἀνέκειτο, κατὰ μίμησιν τοῦ Ἰλιακοῦ.*

Hactenus de marmoris inscriptione, quae nimis nos fortasse occupavit. Non possum tamen non, quoniam correctissimam tuam Euripidis editionem manibus modo usurpo, super vexatissimo Bacchārum loco v. 1328 — 1330. Barn. inventum per litteras has tecum communicare, quo recepta a te lectio, quam unde habeas in commentariis explanabis, novum nanciscitur praesidium. Mancum enim locum, cui vindicando editores superioris saeculi miras scis adhibuisse machinas, tu addito post v. 1328. versu

Δράκων γενήσῃ μεταβαλὼν, δάμαρ τε σή,

si loci tenorem spectes, primus aliqua certe ex parte restituisti, etsi lacuna, quam quivis facile sentit, nondum expleta est. Hunc versum iam moneo etiam a Scholiasta in codice Parisino 2772. Dionysii Periegetae ad v. 388. inter reliquos Euripidei loci laudari, ita ut tu edi iussisti. Nondum tamen locum arbitror persanatum, nisi transpositis versibus eum ita concinnes:

Ὦ πάτερ, ὁρᾷς γὰρ τἄμ' ὅσῳ μετεστράφη.

. . . . . .

Δράκων γενήσῃ μεταβαλὼν, δάμαρ τε σή,
ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν θνητὸς γεγώς,
ἐκθηριωθεῖσ' ὄφεος ἀλλάξει τύπον.

Sed iuvat fortasse totam Scholiastae inediti annotationem super versu Dionysii laudato hic legere, quamobrem descripsi, praesertim quum ipsa Cadmi fabula hinc amplificetur. Enarrat Graecus interpres Cod. Paris. 2772. *Ἱστέον δὲ ὅτι ὁ Κάδμος καὶ ἡ Ἁρμονία γαμετὴ μετεμορφώθησαν εἰς θηρία· ἐπεὶ δὲ*

ῦ Ἄρεος ὄφιν ἐφόνευσεν ὁ Κάδμος· ὃς τοὺς ἑτέρους
ὑτοῦ ἀνεῖλεν, Ἔριφον καὶ Δηιλέοντα. ὡς καὶ Εὐρι-
δης ἐν Βάκχαις φησὶ περὶ Κάδμου· δράκων γενήσῃ
κταβαλὼν δάμαρ τε σὴ, ἐκθηριωθεῖσ' ὄφεως ἀλλάξει
πον. ἦν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν θνητὸς γεγώς. Ad-
ribam ex Cod. Parisini 2723. antiquissimi folio
21. *verso* etiam verba Scholiastae inediti ad eun-
:m Dionysii locum pertinentia: *Τότε ὁ Κάδμος*
ιὶ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ Ἁρμονία μετεβλήθησαν εἰς ὄφεις
ὰ τὸ τοῦ Ἄρεος φονεῦσαι τὸν ὄφιν· ὃς τοὺς ἑτέρους
κὶ ὁμοῦ ἀνεῖλε τόν τ' Ἔριφον καὶ Δηιλέοντα. Obi-
r denique moneo, pro Dionysii Perieg. 390. vul-
ıta *ἐρικυδέα* Cod. Paris. 2772. praebere *περιήγαγε*,
ɔdicem 2723. *ἐρικυδέα* servare, ut editum est.

Sed quid ego *γλαῦκας εἰς Ἀθήνας*! Tantum erat.
ıle, vir eruditissime, mihique, ut fecisti, perge fa-
re. Dabam Parisiis, exeunte Ianuario, MDCCCXVIII.

X.

De vocibus quibusdam Graecis rarioribus.

1. *Μέσακτος, μεσάκτιος, μέσαγκος.*

Aesch. Pers. 890. *Καὶ τὰς ἀγχιάλους Ἠιόνας* * *μεσάκτους.*[1] (Cf. Aesch. Fr. ap. Athen. 394.) Schol. A: *Τὰς ἄγχι τῆς θαλάσσης κειμένας καὶ πρὸς τὸν αἰγιαλὸν, μεσάγκτους δὲ,* * *μεσακτίους.* Mox, *Λῆμνος Θρᾴκης ἐστί· αὗται δέ εἰσιν αἱ μεσάκτιοι.* Schol. B: *Ἐπειδὴ τὰ κύκλῳ τῶν νήσων ἄκραί εἰσι, διὰ τοῦτο μεσάκτους τὰς νήσους καλεῖ.*

„*Μεσάκτους* Colb. 1. 2. Cant. 1. 2. Guelph. Ald. Turn. Sed *μεσακτίους*, non *μεσάκτους*, ab *ἄκτη* deduci monet Pauw." Butler. Imo *μέσακτος* ab *ἄκτη*, ut *μέσαυλος* ab *αὐλή*, * *μεσάγκυλος* ab *ἀγκύλη*, quamvis Etym. M. 113. dixerit, *Ἀγκύλος, μεσάγκυλος*, neque aliter legatur in Etym. Gud. 60. „Itaque vulgatam tuetur (Pauw.) interpretatus, *Obtinuit medias*, ut *tenere medium*, h. e. medio constrictas totas, quod opponitur illis, quae de Cypro aequan-

[1] Voces asterisco notatae in H. Steph. Thes. desiderantur.

tur, quam non tenebat totam, sed urbes eius modo tres. *Μεσακτίους, medias inter Asiae Thraciaeque ἀκτὰς*, mavult Heath. interpretationem Pauwii merito pro nihilo habens. Sic etiam Branck. Schutz. Pulchre Dutheil. *Les îles plus avancées dans les mers. Μεσάγκτους* tamen tueri videtur Dorv. ad Charit. 660. Sed veram lect. nobis praebebit Hes. *Ἄγκος· νῆσον πολλὰ ἄγκη ἔχουσαν.* Leg. igitur * *μεσάγκους*, insulas, multos sinus reductos habentes." Butler. Cf. Nov. Thes. Gr. L. 649. a. „Nec displiceret etiam * *μεσάγκλους*. Hes. *Ἄγκλον· σκόλιον.* Hinc *Ζάγκλη*, ni fallor," et sic G. ap. Albert., „quicquid contradicant aliqui a *ζὰ* et *ἄγκλος*, i. q. *ἀγκύλος*." Butler. Vel incuria, vel correctione V. D. *ἄγκλον* dedit pro vulg. *ἀγκλόν*. Blomfield. paulo audacius *ἐπάκτους* pro *μεσάκτους* coniicit. Saltem scribendum esset *ἐπακτούς*. Hermanni vestri sententia nobis exspectanda est.

2. *Γραμμαδιδασκαλίδης, Γραμμαφυλάκιον.*

Timo ap. Athenaeum 588. *Γραμμαδιδασκαλίδην ἀναγωγότατον ζωώτων.*

* *Γραμμαδιδασκαλίδην* est ap. H. Steph. Thes. v. *Ἀκάγωγος* p. 802. c. ed. nov. Sed idem in voce ipsa *γραμματοδ.* scripsit. „Timonis versum omisit Breviator. Editam vero scripturam tuetur Cod. A. quae magis placet, quam * *γραμμοδιδασκαλίδην*, quod ap. Laert. X, 3. editur. Proprie *γραμματοδ.* dicendum erat; sed id non ferebat versus." Schweigh. *Γραμμαδιδασκαλίδης* etiam Schneider. Lex. concoquere potuit. Sed vox haec prorsus analogiae L. Gr.

repugnat, ut et v. * γραμματοφυλάκιον, quam ex Iosepho idem affert. Lege γραμμοδ., et γραμματοφ. cum H. Steph. v. Genitivi enim in ατος desinentes, compositi, si quando contracte ponantur, praeter * τερασκόπος solum, per ō μικρὸν semper scribendi sunt. Vide Nov. Thes. G. L. p. 116. n. 2.

3. Χρυσαλλίς. Ἄβαξ.

Hesych. Κάχαρις· δαγὺς, καὶ πλαγγὼν, καὶ * χρυσαλλὶς, τὸ κοροκόσμιον.

De hac glossa multa dixerunt Editores Novi Thes. G. L. p. 299. pro χρυσαλλὶς legi iubentes χρυσῆ ἄλυσις. Sed fortasse leg. * χειριάλυσις, vel potius * χειράλυσις. Sic * μοκάλυσις ap. I. Poll. X, 167. quem citaverunt. Glossae: copula, χεὶρ, ἁλυσίδιον, μέλος, ἄρθρον χειρὸς, χειριάλυσις, * χειρόδεσμος. „Quis copulam dixit unquam manum significare? Lego itaque in illis glossis: Copula, * χειραλυσίδιον, unica voce. Hoc est manus catenula." Salmas. ad H. A. Scrr. 255. Χειριάλυσις sine corruptelae suspicione affert ibi vir magnus. Ceterum de Philippidae loco, quem ex I. Poll. l. c. laudarunt Thesauri Stephaniani Editores, sic Bentl. Ep. 2. ad T. H. p. 71. ed. Lugd. B. 1807. scripsit: — „Vel cum Salmasio leg.

Ἁλύσιον εἶχε τέτταρας δραχμὰς ἄγον,

quod verum puto, vel, si illud quovis pacto retinere vis, lege,

Ἁλύσιον εἶχε τετταράκοντ' ἄγον δραχμάς."

Editorum illorum diligentiam effugit, quod idem Bentl. ibid. p. 63. correxit Cratini versum, quem de v. Ἄβαξ agentes p. 33. n. 3. citarunt. Critici haec

sunt verba: — „Kuhn. corrigit *Πιτθέως*, sc. e domo Pitthei. Frustra: quasi Pittheus, Thesei avunculus, in vivis fuisset aetate Cratini! Ceterum quis non videt locum quendam, ubi *βάλανοι* nascuntur, non hominem designari? Equidem sic legerim,

Ἐπέδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φελλέως.

Φελλεύς, locus Atticae notissimus, de quo v. Steph. Byz. Suid. alios. Aristoph. Nub. *Ὅταν μὲν οὖν τὰς κλίγας ἐκ τοῦ Φελλέως*, et in Acharn. *Τὴν Στρυμοδώρου Θρᾷτταν ἐκ τοῦ Φελλέως.*"

4. *Κόβαλος· ὁ σκιραπώδης.*

Bekkeri Anti-Atticista: *Κόβαλος· ὁ * σκιραπώδης καὶ ἀειδής. Ἀρίσταρχος Βατράχοις.* Pro *Ἀρίσταρχος* leg. *Ἀριστοφάνης*, quem vide in Ranis v. 1015. De permutatione nominum *Ἀρίσταρχος* et *Ἀριστοφάνης* haud pauca dixi in *Epist. crit. ad T. Gaisford.*, quae legi possunt, si res tanti est, in Valpii Ephemeride classica. Pro *σκιραπώδης* autem leg. videtur vel *σατυρώδης*, ut Lucian. I, 843. *Τὸ δ' ἄνω ἡμίτομον γυναικὸς, πάγκαλον ἔξω τῶν ὤτων, ἐκεῖνα δὲ μόνα, σατυρώδη ἐστὶν αὐτῇ*: vel *σκυλακώδης*. „*Σκυλακώδης*, conveniens *σκύλακι*. Xenoph. in *K. Π.* (I, 4, 4.) *τὸ σκυλακῶδες* metaphorice dixit de puero habente aliquid, in quo *σκυλάκων* naturam imitaretur. (Lex. Xenoph.: — „Blanda quaedam temeritas.") At in VV. LL. (i. e. vulgaribus Lexicis, quae ante Thes. editum in usu erant) redditur *inverecundus*, item *caninus*. Item *τὸ σκυλακῶδες*, frons inverecunda, impudentia. Additurque Xenoph. *K. Π.* pro blanditiis usurpasse." H. Steph. Thes.

Ind. v. *Σκύλαξ*. Rectius idem, „*Σκύλαξ*, ὁ, et interdum ἡ, quam Schneiderus in Lex. ubi nihil de fem. gen. traditur. Xenoph. Cyn. 7, 6. *Ἄγειν δὲ τὰς σκύλακας ἐπὶ τὸ κυνηγέσιον, τὰς μὲν θηλείας ὀκταμήνους, τοὺς δὲ ἄῤῥενας, δεκαμήνους*. Vel denique pro *σκιραπώδης* repone * *Πριαπώδης*, quod vocabulum habes in Novo Thes. G. L. p. 604. c. et d. p. 605. a.

Thetfordiae, Oct. 28, 1818.

E. H. Barker.

XI.

Laudănum, non Laudānum.

De huius vocis origine et mediae syllabae quantitate saepe a medicis consulti philologi non tam bene respondere potuerunt, quam modo factum est ab exquisitae doctrinae viro, Boissonadio ad *Herodiani Epimerismos* (Lond. 1819. 8.) p. 224:

„Permutationis *τῶν υ* et *β* innumera in codd. exempla habemus, ut *ῥαῦδος* p. *ῥάβδος* etc. Pertinet huc *Laudanum*, de quo nuper doctus quidam sic scripsit: „Mot que l'on croit formé de *laus* (*louange*), et que l'on dit avoir été créé par quelque Chimiste pour désigner une préparation médicale qui excita son enthousiasme, et qu'il offrit à la thérapeutique comme un don *digne d'éloge*." Hactenus iste; sed nemini, puto, hoc etymon probabit. *Laudanum* est idem prorsus nomen ac *labdanum*: alii enim *labdanum* scripserunt, alii *laudanum*. Ex qua varietate serius duplex vocabulum exstitit diversae potestatis, ita ut *labdanum* dixerint succum ce-

